



DISSERTATIO JURIDICA,  
DE

1714 253 4  
**JURE CREDITO-  
RIS LITERARUM CAMBII  
CUM VEL SINE CLAUSULA  
HYPOTHECÆ IN CONCURSU,**

QUAM

DEO T.O.M. ADNUENTE,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO REGIÆ DOMUS PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE  
BRANDENB. &c. &c.  
IN ILLUSTRIS ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRAESIDE

**D. GEBHARDO CHRISTIANO  
BASTINELLER,**

*D. XXVI. April. M DCC XIV. H.L. & C.*

publico Eruditorum examini subicit

**JOHANNES WILHELMUS REHFELDT,**  
BEROLINENSIS.

---

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Literis Georgii Jacobi Lehmanni, Acad. Typogr.*

NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO, AT QVE  
MARTINO  
PATRONO GRAVISSIMO  
LARSNTI SUO  
canon honoris & pietatis cultu profecto



V I R O  
NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO, ATQVE  
AMPLISSIMO,  
D O M I N O  
M A R T I N O  
R E H F E L D T,

Jcto Clarissimo,  
&  
causarum, in supremis Berolini judiciis peragendarum,

PATRONO GRAVISSIMO,  
PARENTI SUO,

omni honoris & pietatis cultu prosequendo,  
vitam ac felicitatem!

VENERANDE DOMINE  
PARENS,

**J**ussu *Tuo* ex alma Fridericiana, illustri virtutis  
ac sapientiae officina, discessurus, quum de pu-  
blico quodam specimine operae, hactenus in  
theoria juris collocatae, meditarer: dubius atque  
incertus vel maxime haesi, cuinam illud praeter alios  
dicarem. At memoria *Tui* cara quid? quod ca-  
rissima haesitantem me statim confirmavit, & pri-  
mum, quod vides, ingenii ac iudicii mei monu-  
mentum *Nomini Tuo*, omnium carissimo, voluit  
inscribendum. Innumera quippe beneficia *Tua*,  
indu-

indubitata & certissima singularis *Tui* erga me amoris atque adfectus paterni signa documentaque firmissima, animo cum reverentia, tum pietate, pleno recolens, non possum non palam confiteri, *Te*, PARENS OPTIME, esse solum, *cui* post Deum ter optimum terque maximum plus debeam, quam ulli, & *cui* grates adæquatas favorique paterno exacte respondentes ne quidem agere ac habere, nedum referre ac persolvere valeam. Quamvis vero mihi desit omnis remunerandi facultas: haud tamen contemnenda erit qualis qualis mea voluntas, qua *Tibi*, PARENS HONORATISSIME, gratæ piæque mentis tesseram, hanc inquam dissertationem, festinante calamo a me abituro conscriptam, eamque non ex argumenti sui præstantia, sed ex obsequii mei sinceritate, æstimandam, consecrâre me posse, gaudeo vehementerque lætor. Ignosces autem mihi, PARENS DILECTISSIME, qui quidem dono ac muneri pretiosiori, *Tibi* pro temporis ratione offerendo, impari me sentio, idque, PARENS OPTIME, serena fronte pro *Tua* fideli & largissima studiorum meorum procuratione accipere, non dedignaberis. Permittes etiam, ut idem producam, *Tibi*que de melioribus nota commendem, tanquam verissimum testimonium

um

um observantiæ ac pietatis meæ, nunquam inter-  
morituræ. Ceterum plenissime persuasus sis, ob-  
secro, de indefessis illis precibus & devotis votis,  
quibus æternum, beneficum ac benignissimum  
Numen supplex oro & rogitò, vt Te Reipublicæ,  
familiæ, & meis imprimis studiis, quo in  
proxime futura juris ad factum adplicatione fru-  
ctus ferant exoptatos, consilio atque auxilio su-  
perstitem incolumemque esse jubeat quam diu-  
tissime. Vale & favere perge,

VENERANDE DOMINE PARENS,

Dab. Halæ d. XXVI. Aprilis  
A. M DCC XIV.

TUO

flio obedientissimo,  
JOH. WILH. REHFELDT.





DISSERTATIO JURIDICA

DE

JURE CREDITORIS LITE-  
RARUM CAMBII CUM VEL SINE CLAU-  
SULA HYPOTHECÆ IN CONCURSU.

§. I.

**Q**uoties existit concursus creditorum (a), *De priori-*  
& formatur illud judicium universale in-*tate lis par-*  
ter creditores, eorumque debitorem *tium fre-*  
communem, quod coram hujus judice *quens,*  
A com-

(a) Media, ad concursum creditorum perducentia, eadem *De mediis, ad*  
sunt, qua, ut in æs alienum illabamur, post se trahunt. *Triare-concursum*  
feruntur, aut solum vitium nostrum, quo bonis & fide exuimur, *creditorum*  
aut solum infortunium, quo in egestatem incidimus, aut vitium *ducentibus.*  
nostrum cum infortunio conjunctum, quibus ad incitas redigi-  
mur. Vicia collegit *tredecim D. Ziffel in tr. von Wechsels*  
*Brieffen und dero Vlancen Selt. VII. p. 310.*, quibus addere su-  
perfedemus *alia*, cum plura eorum genera dentur quam rerum  
vocabula, atque extra oleas vagari & de incidentibus prolixè dif-  
ferere ratio instituti non patiat. Omnia etiam vitia in *tres* exi-  
tiabiles hominum adfectus, ambitionem scilicet, avaritiam, &  
libidinem confluant, de quorum periculosis operationibus inter  
omnes satis superque constat.

*judicis du-  
bitatio non  
infrequens.*

competente (\*) constituendum est: toties fere credi-  
tores non sibi solum de prioritare & privilegiis prela-  
tionis litigia movent, quippe unusquisque alterum  
præcedere contendit, sed etiam *judicem* haud raro  
trahunt in diversum, qui, sine rationibus dubitandi &  
decidendi ad veritatis inquisitionem & causæ legibus  
nondum decisæ decisionem provolans, similis fertur  
iter facienti, & nescienti. Erenim, quamvis jura or-  
dines ac numeros, juxta quos creditores concurren-  
tes collocentur, definiant: omnium tamen causarum  
circumstantias partim complecti nequeunt, quia sunt  
infinitæ, dataque vel maxime opera a legumlatoribus  
omittuntur, partim ex æquo & bono judicandi arbi-  
trium judici reliquerunt. Quum igitur quotidiana  
doceat experientia, mortalium, qui pecunias suas  
scenori locare quam condere & vacuas relinquere  
malunt, ingentem copiam eas in cambii literis expo-  
nendo *lucra* quærere, sed sæpissime in spe falli, & e  
contrario *concurfus*, cui subito implicatur, *damna*  
sentire; atque alias cambii literas, ex quibus liqui-  
dum & prioritatis deducitur, clausulam hypothecari-  
am insertam habere, alias non (b): hinc quærimus,

❧ *copia  
credito-  
rum cam-  
bialium in  
concurfu  
ingens:*

*inde occa-  
sio disser-*

(\*) De *judice* competente in processu *concurfus* v. plur.  
Dn. Prof. Ludovici in *der Einleit. zum Concur-Process* cap. 1.  
§. 10. seqv. ibique cit. Dd.

(b) Equidem B. Dn. Stryk in *tr. de caut. contract. Sect. III.*  
*cap. V. §. 20.* & D. Zypffel in *tr. von Wechselbriefen und dero*  
*Vsancen Sect. VI. p. 117.* pro cautela suppeditant, vt literis cam-  
bialibus hypotheca conventionalis inferatur: literam tamen  
can-

in quo ordine creditor literarum cambii, cum vel sine tationis.  
 clausula hypothecae confectarum, in concursu cum aliis  
 sit collocandus?

S. II. Vt rubrica dissertationis & mens nostra *Explana-*  
 recte comprehendatur, monemus, sub *litteris cambii* *tio rubri-*  
 nos tam literas *cambii proprii* (c) *eigene auf sich selbst* *ca, & mens*  
*ausgestellte Wechselbrieffe*/ quam literas *cambii alieni*, *circa lite-*  
*sive localis* (d) *negotiirte trassirte Wechselbrieffe* *in-*  
*telligere* (e); *posterior-*

A 2

res

*cambii sine clausula hypothecae* eo magis utiles sunt, quo minus  
 mercatores, qui negotia cambialia potissimum exercent, ad cau-  
 tionem in re quam in persona ( vt taccamus : ad utramque si-  
 mul;) dandam, proni facilesque deprehenduntur.

(c) Delineamus *litteras cambii proprii*, quod sint instru- *Delineatio*  
 mentum privatum, a debitore tum *cambii nomine* (v. lit. b.) in- *litterarum*  
 signitum, tum *propria manu* subscriptum, continens promissio- *cambii pro-*  
 nem de solvenda creditori vel ejus mandatario certa pecuniae *prii*,  
 summa, cum expressione *monetae*, in qua solutio facienda, & *valo-*  
*ris*, quomodo & à quo acceptus, & *loci*, & *anni*, *mensis*, *dieique*,  
 tam quo datum, quam quo solvendum est.

(d) *Litteras cambii alieni*, sive *localis*, describimus, quod *& alieni*,  
 sint instrumentum privatum, a tractante, sive eo, qui literas cam-  
 bii dedit, *cambii nomine* (v. lit. b.) insignitum, & *propria manu*  
 subscriptum, continens ejus mandatum, factum illi, ad quem di-  
 rigitur tratta, de solvenda certa pecuniae summa remittenti, vel  
 ejus mandatario, cum expressione *monetae*, in qua solutio facien-  
 da, & *loci*, *anni*, *mensis*, *dieique* celebrati cambialis contractus,  
 destinataeque solutionis. add. *lit. f.*

(e) Datur *tertius* cambii significatus, quando *cambium* in *De cambio*  
 sensu latissimo pro *minuto*, sive *manuali*, sine scriptis & reali (ei- *minuto*,  
 nen *Umsatz des Geldes*) accipitur, vbi pecunia unius generis  
 cum pecunia alterius generis *statim* commutatur. De quo in  
 presenti non est quaestio, (f) Per-

res (f) autem respectu clausule hypothecariae (v. S. seqv. III. & IV.) eatenus tantum consideramus, quatenus acceptans trassantis creditor & e diverso trassans

Deremittente,

a quo jure Magd. & regulariter valutata prænumeranda.

de trassante,

acceptante,

& presentante.

(f) *Persona*, contractum cambii alieni ineuntes & respectu literarum cambii alieni hic passim occurrentes, sunt, f) *remittens*, qui pecuniam solvit vel solvendam promittit, ut per literas alibi transferatur & exsolvatur, der Geld durch Wechsel zu übermachen giebt oder verlangt. Jure Magdeburgico & ubique regulariter valutata prænumeranda, post initum inter remittentem & trassantem cambii alieni contractum, *remittens* pecuniam prius exsolvere debet, quam trassans ei literas extradere tenetur, v. Ord. camb. Duc. Magdeb. art. 29. ibi: So oft ein Wechsel geschlossen / mus das Geld oder valuta zufoerdest gezahlt werden / ehe der Wechselbrieff extradirrt wird / 2) *trassans*, qui pecuniam per literas transfereendam ejusque solutionem alibi faciendam in se recipit, der Geld durch Wechsel übermacht. De casu *periculi*, si litera vel a remittente vel a trassante sunt transmissæ & interceptæ, v. Dn. Fleck in Biblioth. jur. Lib. 3. tit. 5. §. 27. seqv. 3) *acceptans*, qui literas trassantis acceptat, & ad ejus mandatum solutionem facit, der den auf ihn gerichteten Wechsel = Brieff annimt / und die Zahlung verfüget / 4) *presentans*, qui literas trassantis acceptanti presentat, & cui ab acceptante solutio per literas transcriptæ pecuniæ facienda est, derjenige / an welchen die Zahlung geschehen soll. Monet Struvius S. J. C. Exercit. 25. n. 41, presentantem & remittentem esse eandem personam, quia presentans tanquam mandatarius vel cessionarius remittentis pecuniam exigat, nec exigendo contrahatur, add. B. Dn. Stryk. cf. ff. mod. Lib. 19. tit. 4. de rer. permut. §. 6. Dn. Fleck. Biblioth. jur. civ. Lib. 3. tit. 5. de camb. §. 10. & Dn. Marpergers Handels = Gericht cap. 16. p. 493.

(g) Dn.

acceptantis debitor factus est. Vtrasque (g) secundum ordinarium stilum cambialem (h) conceptas (i) esse oportet.

§. III. De hypotheca bonorum *conventionali*(k) *Mens circa unice solliciti sumus. Quae in literis cambii proprii hypotheca mutuo accipiente (von dem Entlehner) mutuo dantur, ejusmodi, (dem Ausleiher) & in literis cambii alieni a trassante, que consistit, quando pecuniam desiderat erogandam, (wenn tuentes.*

A 3

dieser

(g) Dn. D. Boenigk in *Pract. practic. P. 1. cap. 37. p. 144. Differentia in sensu proprio & improprio cambium alienum, sive locale, inter literas proprium, & cambium proprium improprium vocat, simulque cambii alieni sequentes inter ea differentias adducit, scilicet in proprio, sive & proprio, in literis cambii alieni, requiri acceptationem; in improprio, sive in literis cambii proprii nullam: in proprio praecedere literas avisorias, add. Dn. Fleck in *Biblioth. jur. lib. 3. tit. 5. n. 27;* in improprio illas cessare: in proprio concedi dies discretionis (vide tamen Dn. Prof. Ludovici *Einleitung zum Wechsel-Proceß cap. 4. §. 71. p. 107.*); in improprio denegari: in proprio protestandum esse intra 24. horas; in improprio intra annum & diem: proprium obligare, licet in illo valuta non sit expressa; improprium valuta expressionem pro forma requirere.*

(h) De quaestione controversa; an verbum: *Wechsel* De expressio-  
Brieff: in cambii literis necessario exprimi debeat? v. Dn. Prof. ne verbi:  
Ludovici *Einleitung zum Wechsel-Proceß cap. 2. §. 8. Nobis pro Wechsels*  
fundando ubicunque locorum rigore cambiali placet *adfirmo. Brieff.*

(i) Literas ad perficienda cambia ubivis ex communi mercatorum Stilo requiri, & cambia sine literarum interventu *Literas in commode expediri non posse, evicit B. Dn. Stryk in Diss. de cambio necessaria. cambial. liter. accept. cap. 3. §. 5. 6. 7. & 8. v. tam, Dn. Fleck in Biblioth. jur. lib. 3. tit. 5. §. 6. n. 3.*

(k) *Eaque extrajudiciali, quatenus scilicet in praedicti-*  
um

diefer einen Vorschuß verlanget) acceptanti, quando pe-

*um reliquorum creditorum & intuitu prælationis in concursu va-*  
*leat: id B. L. non fugiet, & in omnem eventum aliunde sup-*  
*pleri potest, v. B. Dn. Stryk cf. ff. mod. tit. de pign. & hypoth.*  
*§. 11. & 12. sequ. add. Dn. Warpergers Handels-Geicht cap. 10. p.*

*De oppigno-*  
*ratione mo-*  
*bilium jure*  
*Sax. & Mag-*  
*deb.*

237. sequ. *Bona mobilia* plerisque in locis juxta atque jure Saxo-  
 nico Electorali *Decif. Elect. 60.* & Magdeburgico *extrajudiciali-*  
*ter* valide oppignorantur, creditorique inde prioritas etiam an-  
 te eum, qui judiciale pignus in iis postea impetravit, conce-  
 ditur, add. Carpzov. *P. 2. const. 23. d. 9.*, ut adeo in bonis mo-  
 bilibus cesset dispositio *leg. 11. C. Qui pot. in pign.* Secundum

*De hypothe-*  
*ca judiciali*  
*& testimoni-*  
*ali secundum*  
*ali commun-*  
*ne.*

quam legem Codicis Justiniani communiter recepti *hypothe-*  
*ca bonorum mobilium & immobilium publica, sive judicialis sive*  
*testimonialis, (i. e. coram Notario & duobus testibus masculis*  
*ac integræ fidei, vel coram tribus aut pluribus testibus sine no-*  
*tario, promissa, eorumque subscriptione corroborata,) quon-*  
*iamsi privata prior, publica tempore posterior sit. De oppi-*  
*gnoratione mobilium* notabilis est textus Ord. process. Duc.  
 Magdeburg. *cap. 49. cl. 3. §. 47. & 48.* Ubi ita: Es betreffe denn  
 Fahrende Haab/bewegliche Güter / aussenstehende Schulden/  
 und solche Jura, die ohne gerichtliche Gunst beständig verpfän-  
 det werden mögen. So gar/ daß die ältere Conventional Hypo-  
 thec denen jüngern gerichtlichen Verpfändungen Arreften  
 oder Immissionen in Beweglichen und andern dergleichen Gü-  
 tern sūrgezogen wird. In Saxonia Electorali & Ducatu Magde-

*De testimo-*  
*niali jure*  
*Sax. & Mag-*  
*deb.*

burgico hypotheca bonorum immobilium *testimonialis, sive a*  
 duobus aut pluribus testibus cum debitore subscripta, nudam  
 ante chirographarios prælationem operatur, v. *Const. Elect.*  
*23. P. 2. Decif. 60. & Ord. Proc. Duc. Magd. cap. 49. cl. 3. §. 46.*

*& Marchica*  
*Berolinensi.*

Jure Marchico Berolinensi hypotheca *prædiorum, coram Nota-*  
*rio & testibus* constituta, non habetur pro publica, sed vi n *pri-*  
*vata* retinet, v. *Edict. de 20. Febr. 1695, & Dn. D. Scharrow in*  
*diss. inaug. de different. jur. & March. Differ. 58. p. 88.*

(1) Ple-

pecuniam erogare debet, (wenn dieser einen Vor-  
 schuß thun soll) aut generaliter, (1) aut specialiter  
 m) aut generaliter & specialiter simul n) constitui-

1) Plerumque saltem clausula Hypotheca generalis cambii li-  
 teris inserta legitur; ich verspreche / oder leiste / oder thue gute  
 (in literis cambii proprii) Zahlung (in literis cambii alieni si-  
 ve localis, si trassans penes acceptantem, sive illum, ad quem  
 trassam dirigit, v. liti. d. & f., pecunias non habet collocatas.)  
 Wieder Zahlung / bey Verpfändung meines bereitesten Ver-  
 mögens / so viel hierzu von nöthen. Hypotheca bonorum ge-  
 neralis (des Vermögens / sive aller Haab und Güter) omnes Hypotheca  
 res, corporales & in corporales, praesentes & futuras adficit generalis  
 l. fin. q. C. Que res pign. oblig. add D. Georg Beyer ad tit. ff. omnia bona  
 de pign. & hypoth. posit. 18. etiam merces venales l. 34. ff. de adficiet.  
 pignor. & hypothec., ita tamen, ut in supellestem necessariam, Tempera-  
 eaque, quæ quotidiano usui inserviunt, non, nisi in subsidium, mentum.  
 aliisque bonis deficientibus, aut illis, quæ extant, non suffici-  
 entibus, executio decerni possit, parum obst. l. 6. 7. & 8. ff.  
 de pignor. Mentio mobilium & immobilium (bewegliches und De mentione  
 unbewegliches Vermögen) post hypothecam generalem neque mobilium &  
 necessaria, neque consulta, v. B. Dn. Stryk V. ff. mod. Lib. 20. immobili-  
 tit. 1. de pignor. & hypoth. §. 15. Nomina jure Saxonico expres- um.  
 se (Ord. Proc. sax. tit. 46. §. nachdem) at jure Communi non tam De nomini-  
 proprietate verborum, quam ex præsumta contrahentium vol- bus.  
 untate (arg. l. ult. C. Que res. pign. oblig. poss.) sub mobili-  
 bus & immobilibus continentur; non item jure Magdeburgi-  
 co, nisi addita sit clausula; nichts überall ausbeschieden / v.  
 Ord. Polit. cap. 49. §. 4.

m) Rarius literis cambialibus continetur hypotheca spe- De hypothe-  
 cialis, quæ unam rem, vel plures res denotat, & rerum acces- ca speciali.  
 siones quoque comprehendit l. 16. pr. ff. de pign. & hypoth.

n) Generalem & specialem hypothecam sicuti in aliis De generali  
 instru. & speciali.

tur, ac vel per clausulas alias consuetas, vel æquipollentes o) cambii literis adjecta esse potest. Trassans vero non in favorem remittentis p) nec remittens

instrumentis, ita etiam in literis cambialibus combinare permittum est. Qui vero hypothecam habet, cum generalem, tum specialem, prius excutere debet specialem; qua non sufficiente, devenire potest ad generalem, quæ non nisi in subsidium data videtur, v. l. 2. Cod. de pignor. ibique. B. Brunnem. add. Ord. Proc. Duc. Magdeb. cap. 49. cl. 3. §. 45, nisi creditoris interfit, ut generali quoque utatur, v. ill. Dn. Berger *Elect. Discept. forens.* p. 1629. seqv. & subjecta sit clausula: *salvo jure variandi*: v. B. Dn. Stryk in *tr. de Caut. Contract. sect. 2. cap. 4. §. 17.*

De verbis  
æquipollentibus,

o) Equipollent verba: bey Einsetzung des meinigen/wel zu mehrer Sicherheit setze ich das Meinige ein / quæ non tam dura videntur Dno. Zipffel in *tr. von Wechselbr. und des xo Vflancen sect. VI. p. 117.* porro: ich versichere meinen Gläubiger auf meine Güter: meine güter sollen ihm haften: mein Gläubiger soll in Entstehung der Zahlung aus meinen Gütern sich bezahlt zu machen oder daran sich zu erholen befugt seyn/ v. l. ult. Cod. *Quæ res pign.* jung. Ord. proc. Duc. Magdeb. cap. 49. cl. 3. §. 66. *ibi*: wenn jemand mit seinen Schuldner dieses betheidiget/ daß er in Fall der nicht-haltung seine Güter eigenes Gewalts einnehmen und sich davon bezahlt machen möge/ so wird ihm durch solch pactum tacita hypotheeca eingeräumet. Hypothecæ Intellectum etiam habet clausula: ich übergebe und eigne meinem Gläubiger mein ganzes Vermögen zu/ v. D. Zipffel *d. tr. p. 643.* Regula est: *quoties debitor creditorem in rebus suis fieri vult securum, toties eidem hypothecam intelligitur constituisse.*

Regula.

p) Trassans enim literas suas non ad remittentem, sed ad acceptantem dirigit, v. *lit. d.* & a remittente regulariter pecuniam



tens in favorem præsentantis q) *clausulam hypothecariam* literis cambialibus inserere solet.

§. IV. Ne igitur termini præter necessitatem *Mens circa creditorem literarum cambii cum clausula hypothecaria.* multiplicentur : tamdiu infra mutuo accipiens & trassans (v. §. præced. II. & III.) *debitor literarum cambii* ; mutuo dans autem & acceptans *creditor literarum cambii* audiet , quamdiu de effectu clausulæ hypothecariæ sermo erit.

§. V. Super facultatibus *literarum cambii debitoris concursum* ortum fuisse, supponimus, sive ipso petente, sive desiderantibus ejus creditoribus. *De materiis incidentibus remissive.* Ceterum amplissimas de cambiis, pignoribus, hypothecis, processu concursus, ac privilegiis omnium & singulorum creditorum materias hic tanquam notas, quid? quod notissimas esse, facile largimur, idque eo facilius, quo pleniora sunt earum scitu maxime necessariis capitibus plurima juris compendia, dictaque dicere, & lecta legere plus aloës quam mellis habere, constat.

§. VI. Separamus duos casus. Primus est, *si pecunia in literas cambii credita adhuc extat, quando a concursu sit separandus.* respectu literarum cambii alieni, *remittens in concursu cum trassantis creditoribus a trassante;* atque intuitu literarum cambii proprii, *mutuo dans extantem a concursu cum mutuo accipientis creditoribus a repetens?* mutuo accipiente repetit. Vbi uterque repetens, *B post-*

cuniam prius exsolutam accipit, quam solutionem alibi faciendam in se recipit, v. lit. f. pr.

q) v. lit. f. in f.

r)

postquam, *dolum* r) debitoris communis *fidei habitæ causam dedisse*, probavit, in credita pecunia, quæ penes debitorem communem actu reperta est, ob sibi salvam ejus vindicationem extra concursum omnibus venit præferendus s). Excepto autem casu *doli cau-*

*Fallitorum prædicata, & poena singularis apud Patavienfes.*

r) Nostra *sub fidei veto* spoliantes *furius manifestis* deterior res prædicantur, & *sacrilegis*, quia sanctissimam fidem, societatis humanæ vinculum, violant, vt & *latronibus*, dum in foro & inter publica jura opes non modo aliorum, sed & vitam, quæ sine opibus integra esse non potest, invadunt, æquiparantur. Poenas fallitorum apud varias nationes narrat D. Zippel in *tr. von Wechselbrieffen und dero Vñancen sect. VII. p. 314.* quibus unam, quæ Patavii Italoꝝ viget, ex *fideli Europæ Antiquario* jungimus. Ille *p. 120. n. 3.* notat. In Padua *Vor den Rathhause* ist ein runder Stein mit der Überschrift: *Lapis ignominie & cessionis honorum.* Auf diesen Stein müssen sich die Falliten und Verschuldete vor allem Volcke mit dem blossen Hintern setzen.

*Remittens &c. dolum fidei habitæ causam dedisse, probans, valutam extantem vindicat. Consentit jus Magdeb.*

s) Sicuti enim *fraudulenta inductio & persuasio* trans- lationem dominii *cujusvis rei* in omni contractu impedit, ita etiam in casu nostro dominium *pecunie* penes remittentem & mutuo dantem remansit: sicuti porro nullus rerum extanti- um dominus concursui est immiscendus, ita nec hic *remittens & mutuo dans.* De *trassante & acceptante v. infubseqv.* Con- sentit Jus *Magdeburgicum, v. Magdeb. Proceß-Ordn. cap. 49. cl. 1. §. 8. it. erklärete und verbesserte Proceß-Ordn. cap. 49. cl. 1. §. 2. ibi.* wenn ein fallite, kurz vor seinen falliment und *Austritt* redlichen Leuthen ihre Waare und Güther 1 (at sub voce *honorum* generali etiam *pecunie signate & nummi omnis generis* continentur, v. *supra lit. k*) abgeschwähet und Darnach sich auf stüchtigen Fuß gesehet/ oder sonsten bonis cediret hätte: das soll dem Verkäufer zu keiner Gefahr gereichen / sondern er soll

er soll an seinen annoch verhandenen Waaren und Güthern/  
der Credit-Zandlung ungeachtet/ den Vorzug vor allen an-  
dern haben/ & Jus Gedanense, v. Danz. Wechsel Ordn. art. *§ Jus Geda-*  
33. ibi. es wäre dann das empfangene Wechsel-Geld in indi- *nense.*  
viduo bey dem falligen (v. lit. preced.) annoch verhanden / in  
welchen Fall es den Vorzug vor allen andern Schulden haben  
würde. Inter Dd. consentit Carpzovius P. 3. Dec. 280. n. 5. *Inter Dd.*  
& 6. Dissentientes, Carpzovium refutaturi, non, nisi ejus ra- *consentit*  
tionem probabilem, a deposito defuntam, impugnant, necessari- *Carpzovius,*  
am vero de dolo, negotium cambiale irritum reddente, intactam *ab aliis male*  
relinquunt, & sic vix attentionem merentur. Ab eo autem *notatus,*  
quod in contractu cambii dominium pecuniæ hinc inde datæ, si-  
ve motæ, sive non, statim (& secus ac in deposito) transferatur,  
quodque in contractu cambii non res in specie (ut in deposito)  
sed in genere restituatur: affirmative ad translatum pecuniæ cam-  
bialis dominium, si dolo operati debitoris fidei habitæ causam de-  
dit, & negative ad ejusmodi pecuniam, actu adhuc apud debi-  
torem existentem, non vindicandam, prorsus nulla valet con-  
sequentia. Nam alias sequeretur, vt nec venditor, qui dolo  
emtoris inductus fidem habuit de pretio, rem venditam exstantem  
extra concursum reperere possit. Cui contrariæ sententiæ  
tamen & dissentientes & omnes subscribunt, v. B. Dn. Stryk  
in not. ad Brunnem. de Proc. conc. cred. cap. 5. §. 5. verb. cambium,  
ubi dissentit, Idem in Diss. de camb. liter. accept. cap. 5. §. 19. ubi  
consentit. Consentit etiam D. Fleck in Biblioth. jur. civ. Lib. & Dn. Fleck,  
3. tit. 5. n. 32., cujus verba illustrationis gratia inferamus. tam, si remit-  
Si, ait, campfor aut campfarius ante literarum acceptationem, & tens trassan-  
priusquam præsentator fidem de solutione habet, bancum tis,  
rumpit seu bonis cedit & aufugit; pecunia in cambium data, tan-  
quam pecunia propria & deposita apud campforem, aut in statu in-  
tegro ubicunque loci inventa, omnibus aliis privilegiatis creditori-  
bus exclusis, vindicatur. Pergit n. 33. Idem intelligimus proceden-  
quam, si ac-  
re, si remittens vel præsentator præmeditato dolo a campfore abs-  
ceptans re-  
que anticipata pecunia, uti alias moris est, literas & mittentis do-  
ab acceptatore pecuniam accepit, cum tamen non fuerit solvendo, lum probat,  
ideo brevi aufugere & campforem decipere cogitaverit, quæ pe-  
cunia

*causam dantis* (t) in subsequētib; non refert, utrum pecunia cambialis in bonis debitoris integra reperiat, an distracta sit ex toto, vel pro parte.

Et quomodo 2) mercator, pignus aut commisit Baaren

§. VII. Alter casus est *de mercatoribus*. Inter quos secundum jura variorum locorum talis literarum cambii alieni creditor, qualis in majorem crediti cambialis securitatem a literarum cambii alieni debitore pignus (u) accepit, vel saltem ab eo *merces ven-*  
ven-

*cenia dolose obtenta ubique vindicari potest.* auld. Dn. Warpergers Neueröffnetes Handels-Gericht cap. 10. p. 273. & 274. à verb. Auf die Frage. usque ad: gelten lassen.

(t) De præsuntione doli v. Mexius ad jus Lubecense Lib. 3. tit. 6. art. 1. n. 24. sequ.

Jure March. & Magdeb. creditor camb. ratione possessi pignoris extra concursum præsertur, non obstante ei imposito arresto.

(u) Ita Jure Marchico & Magdeburgico *remittens* pignus, quod in securitatem *remisse* des auf Wechsel gegebenen Geldes a *trassante*: item *præsertans*, sive *cessionarius*, pignus, quod in securitatem *cessi veri & boni nominis cambialis*, des indol- sirten wahren und guten Wechsel-Briefs a *remittente*, sive cedente, acceptum possidet, ad massam concursus extradere non tenetur, priusquam pignoris vinculum solutum, ac sibi de sorte usuris & expensis plenissime satisfactum est. Vnde quod que eatenus tantum pignori arrestum a concreditoribus valide imponitur, v. ord. camb. March. art. 41. & ord. camb. Magdeb. art. 36. ibi. kein Pfand/so ein Inhaber eines mit Protest zu rückgekehrten oder alhier zugahlen gestellten Wechsel-Briefs von dem Ausgeber oder Endosanten zu seiner Sicherheit einzupfangen hat/ soll von andern Creditoribus mit Arrest beschla- gen werden können/ als nur in so weit seine præntension wenig- ger importiret; Es soll auch der Briefs-Inhaber solches Pfand weder zum theil noch ganz herauszugeben können an- gehalten werden/ bevor er so wohl vor sein Capital als Interesse und Unkosten vollkommen vergnügt ist. Jure Lubecensi &

Consentit

Ham:

ditionis; aut custodiae causa possidet (v) in concursu <sup>in securit.</sup>  
 cum aliis mercatoris, literarum cambii alieni debitoris, <sup>camb. ali-</sup>  
 creditoribus <sup>ratione ejusdem pignoris & earundem mer-</sup> <sup>eni possi-</sup>  
 cium beneficio quasi separationis gaudet. De pigno- <sup>dens a</sup>

B 3

re conc. sit se-  
 parandus?

Hamburgenſi quoque inter mercatores, pluribus, ad idem pi-  
 gnus concurrentibus, indistincte praefertur <sup>possessor, der ein Lub. &</sup>  
 Handhabendes Pfand hat/v. jus Lubec. P. 3. tit. 4. art. 5. ibique <sup>Hamb.</sup>  
 Mevius n. 32. sequ. add. B. Dn. Stryk V. ff. mod. tit. Qui pot. in  
 pign. §. 2. in f. Jure autem Gallico ad traditionem pignoris in <sup>Jure autem</sup>  
 securitatem crediti cambialis <sup>sub pena nullitatis certe requiritur</sup> Gallico pi-  
 instrumentum coram Notario confectum. v. L' Edit du Roy, <sup>gnus cambia-</sup>  
 servant de Reglement pour le commerce des Negocians & <sup>le non valet</sup>  
 Marchans, tant en gros, qu'en detail, donné a S. Germain en <sup>absque in-</sup>  
 Laye au mois d' Avril 1667. titre VI. des interets du Chan- <sup>strumento,</sup>  
 ge & Rechange article 8. <sup>Aucun prest ne sera fait sous gage, certe coram</sup>  
 qu' il n'y en ait un Acte par devant Notaire, dont sera retenu mi- <sup>Notario con-</sup>  
 nute, & qui contiendra la somme prestée & les gages, qui auront <sup>facto,</sup>  
 été delivrés, a peine de restitution des gages, a laquelle le presteur  
 sera contrainé par corps, sans qu' il puisse prétendre de privi-  
 lege sur les gages, sauf a exercer ses autres actions. Quod D. Kö-  
 nigk in Adpend. ad Ord. camb. Lips. p. 301. teutonice ita effert:  
 Sein Borg soll unter Pfand geschehen/ wenn nicht ein Con-  
 tract vor dem Notario aufgerichtet/ davon das Original, dar-  
 innen die geliebene Summa und das gelieferte Unterpand be-  
 griffen/ behalten worden/ bey Straffe der restitution des Unt-  
 terpands. Zu welchen der Creditor durch Verhafft/ ohne  
 das er einig privilegium auf das Unterpand prætendiren kö-  
 nte/ gezwungen werden soll/ seiner andern Infordierungen unbes-  
 nommen.

(v) De mercibus casus in ordinationibus cambialibus ita De casu re-  
 definitur, si quis ex mercatoribus alteri mercatori mercis venditio-  
 nis aut custodiae causa tradidit, deinde idem ad mercium possessio-  
 nem

re & mercibus enim ipse deducit, quod sibi debetur, & concreditoribus non nisi residuum tribuit, licet hi in anteriori pignoris & mercium hypotheca vel arresto se fundent. Quod jus tamen in singulare

mer-

*ratione de verem literas cambii direxit, mercium possessor etiam sine accepto valore literas trassantis & mercium domini acceptavit solvique, tras-*  
*Commissi-*  
*Waaren/* *sans vero, priusquam acceptanti solutum (Den Vorschuss) restituit, bonis lapsus, & concursus creditorum notus est: aliaque ratio decidendi nulla habetur, quam quia acceptans intuitu mercium solvit & credit, ergo ipsi exinde pra omnibus satisfieri debet, v.*

*ex Ord. Ord. Camb. Lipsiensis art. 34. ibi: Wenn einer Wechsels*  
*amb. Lipsi-*  
*ensi,* *Brieffe acceptiret und bezahlet hätte / der trassant aber vor geschener Zahlung in Miß-Credit und Abfall der Nahrung gerathen wäre/ und deswegen ein Concursus Creditorum sich ereignete / so soll es billig wegen der Güter / welche dem Acceptanten in Commission, oder sonst in Verwahrung gegeben worden/ wie bisher/ also noch ferner/ nach Inhalt des Ehurfürstl. Sächsl. gnädigsten Decisiv-Befehls de Anno 1669. dergestalt gehalten und in acht genommen werden/ daß derjenige/ so von einem andern Waaren in Commission zuverkauffen/ oder auch sonst zu verwahren empfangen/ dabeneben aber von demselben mit Wechsel beleget worden/ wegen seines Vorschusses an denen empfangenen Waaren sich bezahlt zu machen berechtiget/ auch/ wenn gleich in Fallimenten/ und sonst solche Waaren mit Verboth beschlagen oder Hypothecken vorhanden wären/ er dennoch mehr nicht/ als das residuum, was nach seiner Befriedigung übrig bleibet/ herauszugeben schuldig sey/ add. D. König in not. ad Ord. camb. Lips. d. l. pag. 111. & Dr. Prof. Ludovici in der Einleitung zum Wechsel-Proceß cap. 18.*

*cum qua concordat Ord. Camb. Brunsvicensis,* *§. 10. Concordat Ord. camb. Brunsvicensis art. 32. So jemand Waaren von einem andern zu verkauffen oder zu verwahren in Commission empfangen/ und von demselben hingen*

*mercatorum & cambii alieni favorem introductum, atque a jure communi exorbitans, nequaquam trahi debet in consequentiam* (x).

§. IIX.

gen mit Wechsel oder andern Vorschuß beladen worden/ soll derselbe Macht haben/ dieserwegen an den Waaren sich bezahlet zu machen/ und da in Fallimenten/ oder sonsten/ die Waaren mit Arrest oder Verboth beleet/ oder mit Hypothecen beschweret wären/ mehr nicht/ als was nach seiner Befriedigung übrig bleibet/ herauszugeben schuldig seyn/ & Ord. Camb. Francofurtana ad Moenum art. 20. ibi: Wie denn schließlichen derjenige/ so von einen andern Waaren in Commission zu verfauffen empfangen/ dabeneben aber von denselben mit Wechsel und sonsten/ chargiret und belästiget worden/ wegen seines Vorschusses/ an den empfangenen Waaren sich bezahlt zu machen Fug und Macht haben/ auch/ da in Fallimenten/ und sonsten/ solche Waaren mit Arrest oder Verboth beleet würden/ mehr nicht/ als das residuum oder die Überbesserung herauszugeben/ schuldig seyn soll. Et Ord. Camb. Gedanensis art. 34. ibi: Da auch Jemand Waaren von einem andern zu verkauffen oder zu verwahren in Commission empfangen/ und von denselben hingegen mit Wechsel bezogen worden/ soll derselbige billig auch aus den Waaren sich bezahlt zu machen berechtiget seyn/ und demnach/ da bey Fallimenten/ oder sonsten/ die Waaren mit Arrest oder Verboth beleet/ oder mit Hypothecen beschweret wären/ mehr nicht/ als was nach seiner Befriedigung übrig bleibet/ herauszugeben schuldig/ was aber seine Anforderung betrifft/ für allen anderen Creditoren/ wie sie auch privilegiert seyn mögten/ seinen Regress daran zu behalten besugt seyn. Idem juris est Augustæ Vindelicorum, v. Senatus Aug. Reip. Idem juris Decret. de A. 1682. d. 28. Febr. quod, Ord. camb. Aug. de. A. 1707. est Augustæ adjectum, summamim recenset Dn. Prof. Ludovici in Der Einleit. Vindel. zum Wechsel-Proceß cap. 16. §. 11.

(x) Quamvis igitur non raro inpraxi casus contingere De creditore soleat, lit. cambii

*Q. quo in ordine cre-* §. IIX. Quæstio, in præfenti ventilanda, dua-  
*dit. liter. quo ordine creditor literarum cambii vi clausula hypo-* bus constat partibus. Quod ad priorem attinet, *in*  
*cambii vi thecariæ, in literis cambialibus contentæ, in con-* clausula hypot. in  
*claus. hypot. in concursu* cursu creditorum sit collocandus? putamus, vi hujus  
*concursum sit ponendus? R. in tertio.* clausulæ creditorem literarum cambii (v. §. IV.) regu-  
*lariter* (v. §. XV.) ad tertium creditorum ordinem in-  
*ter hypothecarios simplices, (y) ex quibus tempore*  
*priores sunt potiores (z), esse referendum.*

§. IX.

*proprii, pi-* soleat, ubi etiam *debitor literarum cambii proprii*, non mercator,  
*gnus possi-* *creditori suo*, etiam non mercatori, tam res aliquas, ut eas ven-  
*dente.* dat, & sibi exinde solvat, quam res non vendendas in majo-  
*rem crediti cambialis securitatem pignoris jure tradidit: ejus-*  
*modi creditorem tamen & hujus cessionarium (v. §. XII.) ex so-*  
*la causa possessionis citra respectum prioritatis & privilegii præ-*  
*lationis concreditoribus, quibus eandem res obligatæ, præferen-*  
*dum esse, adferere non audemus.*

*De hypoth.* (y) Creditoribus hypothecariis *simplicibus* contradistin-  
*simpl. & pri-* guantur hypothecarii *privilegiati*, sive creditores, hypothecam  
*vileg.* cum privilegio prælationis habentes, qui in secundo creditorum  
 ordine collocantur, ut *uxor* in repetenda dote, non amplius  
 extante &c.

*Jure Mag-* (z) Hanc regulam perspicue deducunt B. Dn. Stryk in  
*deb. inter hy-* *Vsu ff. mod. tit. qui pot. in pign. §. 2. & Magnif. Dn. Lud. Menck,*  
*is potior, qui* *in tract. Synopt. Pandect. Lib. 20. tit. 4. Qui pot. in pign. Fallit ea*  
*sine usuris* *notanter in Ducatu Magdeburgico, ubi inter plures hypothe-*  
*credidit.* *carios ejusdem generis (i. e. si omnes bonorum immobilium ju-*  
*dicialein, aut omnes bonorum mobilium extra judicialein impe-*  
*diarunt hypothecam, v. supra Lit. k) is qui sine usuris credit,*  
*etsi tempore posterior, alteri, qui sub usuris credit,*  
*etsi tempore priori, præfertur, v. Ord. proc. Duc. Magdeb.*  
*cap. 49. cl. 4. §. 76. & 77. Wie auch diejenige welche ihre Gel-*  
 der



§. IX. In fundamentis decidendi breves *Funda-*  
 fumus, quia non habemus aut scimus *dissentientes* *mentum*  
 aa) ne quidem ullum. Præcipuum autem inde *decidendi,*  
 fumitur, quod *obligationi personali ad rigorem juris*  
*cambialis* superaddere cum effectu *obligationem rea-*  
*lem*

C

der. ohne Zins gesehen / die genießen vor andern Chirographarischen Gläubigern dieses Vorzugs. Wäre ihnen aber ein Unterpfand verschrieben / so wären sie auch denen ältern hypothecarien vorzuziehen / wie hieroben angedeutet worden.

Quod si ex pluribus eodem die constitutis hypothecis, *Side priori-*  
 quis ex creditoribus prior sit, non adpareat : *pro rata omnes* *tate non con-*  
 admittuntur jure Saxonico Electorali, v. ord. proc. Sax. *tit. 44. stat. omnes*  
 §. 4. da auch / & jure Magdeburgico , v. ord. proc. Duc. *pro rata ad-*  
 Magd. *cap. 49. cl. 3. §. 44.*; at jure civili hoc casu melior est *mittuntur.*  
 conditio possidentis *l. 1. §. 1. ff. de solv. Interd.*

aa) Inter *Dd. consentientes* reperire licuit B. Dn. Stryk *ff. Jure comm.*  
*ff. mod. tit. Qui pot. in pign. §. 3.* ubi ita : Hoc adhuc *subjici-*  
 endum, utrum potior in pignore sit creditor, quando debitor *clausulam*  
 ipsi literas cambiales dedit, iustemque *clausulam* sub hypothe- *ris camb. va-*  
 ca bonorum inseruit? Jure communi non video *rationem, lide inferi,*  
 quare eiusmodi *clausula effectus juris realis* denegari possit, *consentit Dn.*  
 præsertim *in mobilibus*, quia immobilium obligatio in pleris- *Stryk,*  
 que locis judicialiter fieri debet. Adest enim *consensus debi-*  
 toris & creditoris, vltra quem jure civili ad hypothecam vali-  
 de constituendam nihil requiritur, *ut & ill. Dn. a Coccejus & ill. Dn. a*  
*in diff. de Differ. juris civ. & march. tit. 20. §. 4. p. 82. uti ita: Coccejus.*  
 Jure civili nuda conventio hypothecam facit §. 7. *in f. I. de*  
*Alt. l. 1. pr. ff. de pign. act. & quælibet scriptura,* imo etiam  
 simplex consensus sine scripto ad eam sufficit *l. 4. ff. de pign.*  
*l. 4. de side instrum.* Ergo etiam in cambio hypotheca valet,  
 quia cambium propriam debitoris confessionem exprimit, quæ  
 optima probatio est *l. 1. §. 6. pr. & in f. ff. de confess.*

(bb)

*lem sub hypotheca bonorum, aut etiam utramque æque principaliter conjungere, neque in jure communi prohibitum inveniat, neque rationi juris in genere vel juris cambialis in specie adversetur.* (Nam *ejusque illustratio per rationes juris communis & cambialis.* *jure communi* pro eodem debito pignora vel hypothecas & fidejussores (bb) accipere creditorum permittum est, cur debitori literis cambialibus clausulam hypothecariam in favorem creditoris adjicere interdictum esse deberet? *jure communi* hypotheca est accessio quædam principalis (cc) obligationis, & cuilibet contractui, in primis mutuo, mandato, locationi conductioni & permutationi accedere valet, quotidieque accedit, cur non *cambio proprio*, quod literis adhibitis non, nisi modo cognoscendi decidendi & exequendi, a mutuo (dd) differt, & *cambio alieno*

De dubiis  
contra  
exemplum de  
fidejussore  
& aliis  
remissive.

bb) v. l. 2. Cod. de fidejuss. & mand. Vix contrariatur, quod exemplum fidejussoris sit de persona aliena, non de persona debitoris literarum cambii propria, quod in fidejussore non sit æque parata executio ac in debitore literarum cambii, quodque prius fidejussoris bona executienda, quam eius corpus publica attingendum custodia. Nec a non proferendo nomine hypothecario in nomen cambiale (v. D. Berger in Oeconom. Jur. Lib. 2. tit. 3. num. 14. not. 4. p. 339.) ad non constituendam hypothecam in securitatem nominis cambialis valet consequentia. Quod etiam nimis gravat, & tacite nolui: id expresse velle non prohibeor. Quibus & ulterioribus objectionibus, ne nobis cum ipsis disputare videamur, in cathedra responderé fas erit, nobisque hoc reservamus.

cc) Perinde ut fidejussio, v. l. 3. §. 1. ff. Quib. mod. pign. l. 91. §. 4. ff. de verb. oblig.

Cambium  
proprium

dd) Definatur enim *cambium proprium*, quod sit obligatio

no, quod contractus ex mandato, vel, si mavis, loca-  
 tione conductione, mutuo & permutatione (respe-  
 ctu *trassantis* & *acceptantis*, v. supra. §. III.) mixtus  
 est (ee), valide accedere deberet? ubi *ius cambi-  
 ale* ubi *salvo* eius rigore (ff) valet in majorem  
 crediti cambialis securitatem pignoris traditio (gg),  
 cur non valere deberet *hypotheca constitutio*? ubi

C 2 pra-

gatio de accepta pecunia restituenda, in formam cambii red- esse *mutuam*,  
 eta, aut cambii virtute ex partium conventionem vel le- docet *illius*  
 gis auctoritate donata, eine obligation, die eines Wechselbrieffs *definitio*.

Wirkung haben sol/ conf. Dn. Rivinus *specim. Except. c. 2.*  
*n. 9.* add. Dn. Marpergers Handels-Gerichte *cap. 16. p. 497.* ibi:  
 einländische Wechselbrieffe nennen wir / die in einer Stadt /  
 um auch darinn bezahlt zu werden / gegeben werden / wiewohl  
 sie mehr ein Contractus chirographarius in vim cambii, das  
 ist eine Schuld-Verschreibung und obligation in form und  
 kraft eines Wechsel-Brieffs als ein Wechsel selbst seyn / und  
 bloß darzu dienen / damit ihr Ausgeber zu mehrer Sicherheit  
 des Creditoris dem strengen Wechsel-Recht und der demselb  
 selben anhängigen paraten und starcken Execution unterworfen  
 seyn möge.

(ee) v. B. Dn. Stryk *Vf. ff. mod. tit. de Res. permut. §. 5.*  
 add. ill. Dn. Berger *Elect. Proc. Exec. §. 39. n. 4.* in verbis: *De actione*  
*Intercurret mandatum inter cambiosorem ejusque mandatarium, intertrass.*  
*ex quo proficitur actio mandati directa & contraria. & accept.*

(ff) De rigore cambiali v. Magnif. Dn. Lud. Menck  
 in *tract. Synopt. ff. Lib. 19. tit. 5. p. 284.* & Dn. D. Boenigk  
 in *pract. pract. . P. I. cap. 37.*

(gg) Vid. supra *lit. u. & v.* add. ord. camb. Lips. *art. 21.*  
 hätte einer Geld oder Waaren aufgenommen / und deswegen  
 einen Wechsel-Brieff ausgestellt / derselbe aber würde gehörig  
 ges *Exempla de pignore & ri-  
 gore cam-  
 biali simul.*

præterea *aresto* (hh) impetratur *hypotheca legalis* & *judicialis* (ii), ibi imponi potest *arestum* & salvo rigore cambiali (kk) & invito literarum cambii debi-  
tore

debitore vo-  
lente.

ges Orts nicht respectiret und acceptiret/ so soll der Ausgeber bey Vorweisung des ersten protests wegen nicht geschehener Acceptation ohne Verzug annehmliche Bürgen zustellen/ oder gute Waare und Pfand zuliefern verpflichtet seyn/ damit der Creditor, dem durch den Verzug leichtlich Schaden zu wachsen könnte/ nicht so lange von beyden Seiten bloß stehen dürffe/ sondern bis zu erfolgter Gewißheit wegen Capitals, Lagio, Unkosten und Schäden versichert werde. Wenn aber der andere protest wegen nicht erfolgter Zahlung neben dem Wechsel-Briefse zurück kommt/ alsdenn soll der Ausgeber dem Creditori alsobald nach Wechsel-Recht ohne einige Ausflucht/ wegen des Capitals, Lagio, Interesse, Cours von Wieder-Wechsel Schaden und Unkosten/ würckliche Satisfaction thun/ oder durch andere demselben annehmliche Mittel sich mit ihme abfinden/ auch dargu mit der Schärffe angehalten werden.

hh) Differentiam inter *arestum juris Communis* & *juris Saxonici* v. apud Magnif. Dn. Lud. Menck. in *tract. synopt. Lib. 16. tit. 3. p. 237. & lib. 20. tit. 1. p. 288.*

*Arestum jus reale tribuit* ii) *Aresto impetratur jus reale & tacita veluti hypotheca* in Saxonia Electorali Ord. proc. Sax. *tit. 51. §.* Wenn auch in Sax. *El.* ein Rümmer *P. I. const. Elect. 28. s. fernor* & in Ducatu Magdeb. v. Ord. proc. Duc. Magdeb. *cap. 48. §. 12. Add. Dn. Georg Beyer ad tit. ff. de pign. & hypoth. posit. s. seqv.*

*Exemplum*

*de aresto (ut hypotheca publica) & rigore cambiali simul, debitore invito.*

kk) *Conf. Mand. Elect. Sax. de A. 1682. apud D. Rößnig* in Anhang zu der Leipziger Wechsel-Ordnung *p. 19.* Wobte auch einer wieder den debitorem, des angetegten (real) arests unerachtet/ nach Wechsel-Recht verfahren/ bleibi ihm solches unbenommen/ & Ord. Camb. Duc. Magdeb. *art. 4. in f. ibi:* dem Creditori soll auch ungeacht des erlangten personal

tore, cur non valere deberet hypothea *conventio-*  
*nalis* & *extrajudicialis* (ll) volente literarum cambii  
 debitore? Sicuti igitur *personam* principaliter & *rem*  
 accessorie, vel *utramque* æque principaliter obliga-

C. 3

re  
 nal arests unverwehrt seyn zu seiner Sicherheit/ sonderlich bey  
 etwann ereignenden concursu, arest auf des debitoris Güter  
 und effecten zu suchen.

ll) Non obstat, quod exemplum aresti ab hypothea *Objectio*,  
*publica* & *necessaria* desumptum sit; non a *privata* & *voluntaria*, quod exem-  
 quodque arestum *ex postfacto* demum, cum debitor non amplius *plum de hy-*  
*solvendo existat*, imploretur & concedatur; minime *ab initio*, *potheca pu-*  
 Nam hypothea *privata*, quæ per scripturam adparet, *publica non*  
 que legi potest, & *publica* pro substrata materia idem *judicium, pertineat ad*  
 & quæ in contractibus ab initio *voluntatis*, ex postfacto etiam *privatam*,  
 fiunt *necessitatis*. Nec desunt exempla hypothea *tacita* & *removetur*,  
 juris cambialis, cum debitor *adhuc solvendo existit*. Nam *loca-junctis plu-*  
 tor *prædii urbani*, qui gaudet hypothea *tacita* in rebus *con-*  
 ductoris illatis, mercedem, a *conductore* cambii virtute: *Nachplis.*

*Wechs. l. Recht/ Wechsel-Art/ oder Wechsel-Styl:* promissam,  
 ita exigere potest salvo jure hypothea *tacita*, modo stipula-  
 tio usurarum non intervenerit, utpote quæ novationem generis  
 obligationis cum amissione hypothea *tacita* inducit. Sic  
 etiam *ad restitutionem credens*, qui poller hypothea *tacita* cum  
 jure prælationis, insuper celerioris executionis gratia literas  
 cambii proprii a debitore accipere non interdicitur, eoque  
 facto, sibi præcipuam hypotheam *tacitam* cum annexa præ-  
 rogativa, orto creditorum concursu, effudisse minime censetur.  
 Ut itaque singula hæc exempla communem Dd. opinionem:  
*rigorem cambii & hypotheam invicem optime subsistere posse:*  
 non tantum illustrent, sed etiam firment, corroborent-  
 que.

mm)

re licet in omni chirographo, ita & regulariter licitum erit in chirographo cambiali: sicuti etiam clausula hypothecaria, inserta *cuius* chirographo, tribuit jus reale & in creditorum concursu locum in tertio ordine, ita & inserta chirographo cambiali.

*De usu hodierno.*

§. X. Quod *usum hodiernum* concernit, quarum ordinationes cambiales, Imperii, Augustanarum, Altenburgensem, Brunsvicensem, Bolzanensem, Coloniensem ad Rhenum, Francofurtanam ad Moenum, Hamburgensem, Lipsiensem, Lubecensem, Noribergensem, Numburgensem, Vratislaviensem, Germanensem, Amstelodamensem, Lugdunensem Gallorum & Gallicam ipsam, quas D. Koenigk post ordinationem cambialem Lipsiensem conjunctim in uno volumine typis impressas edidit, iterum iterumque perlegimus: nihil tamen in iis *de jure hypothecae conventionalis, literis cambialibus inserta (mm), in concursu creditorum* dispositum invenire potuimus. Quum

*Debitoris consensu non est opus ad hypothecae confirmationem, nec jure Magd. ad ejus impetrationem.*

mm) Si in literis cambialibus *hypotheca bonorum conventionalis* continetur, quaeritur, an creditor, ut simul *ratione immobilium* (v. supra lit. k) jus praelationis adquirat, *judicialem ejus confirmationem*, in scio & invito debitore, impetrare possit? Putamus, quaestionem *adfirmandam* esse ex rationibus, quas B. Dn. Stryk in *Vsu ff. mod. tit. de pign. & hypoth. §. XIII.* adfert. Amplius in Ducatu Magdeburgico *sine debitoris consensu* valere hypothecam *judicialem*, licet nequidem *de extrajudiciali* in literis cambialibus antea conventum, colligitur ex Ord. Po. lit. cap. 8. §. 18. *ibi.* eine Lehn- und andere gerichtliche Hypothec soll auch vor kräftig geachtet werden / wann der im Verhogthum Magdeburg befindlichen Observeanz nach / Der Gläubiger

igitur tantum absit, ut decisum in §. IIX. juris communis & cambialis rationi repugnet, ut potius utriusque rationibus (v. §. præced.) & summa æquitate nitatur, atque juris rationes vim & robur legis habeant, nec lege solum contineri & adprobari dicantur, quæ verbis legis exprimuntur, verum etiam, quæ sententia & mente legis per certam rationem indicantur & eruuntur, quid? quod is, qui lege non distinguente, distinguit, & præter & contra jus faciat, imo lex non correxisse præsumatur, quod facile corrigere potuit, & non correxit: Hinc in Imperio, Augustæ Vindelicorum, Altenburgi, Brunsvici, Bolzani, Colonæ ad Rhenum, Francofurti ad Moenum, Hamburgi, Lubecæ, Lipsiæ, No-

biger, und nicht der Schuldner selbst, den Lehn- oder Gerichts- herrlichen Consens ausgewircket hätte; ob sich schon die Consens- trahenten in der obligation, daß der Gläubiger Lehn- oder Gerichts- herrlichen Consens extrahiren solle, nicht verglichen; und sollen alle von uns ertheilte Lehn- Consensus, bey unserm Magdeburgischen Cansley in gewisse Consens- Bücher eingetragen, von andern Lehn- und Gerichts- Herren aber auch in die Gerichtlichen Handels- Bücher registriret werden. Intere- rim cautius *judex* procedit, si debitorem ad judicalem hypo- thecam citet, ejusque dissentiendi rationes audiat, *ejus* officium etiam postulat, ut non, nisi ex urgentibus circumstanti- is, creditoris petito deferat, sibi que literas cambiales a credi- tore reddi jubeat, easque cancellet vel dilaceret. Vade pariter creditor probe consideret, an sibi substitutione *instrumenti publici hypothecarii* in vicem *literarum cambii* consulat, nam novationem init, & effectum juris cambialis privatur.

ribergæ, Numburgi, Vratislaviæ, Gedani, Amstelodami, Lugduni Gallorum, & in regno Galliæ ipso hypothecam conventionalem, etsi literis cambialibus adnexa sit, effectum ordinarium (nn) retinere, ac decifum, in §. II. X. uberius explicatum, ibidem in viridi vsu observantiaque esse, inferimus concludimusque.

§. XI.

*Actio hypothecaria, quæ vi clausule hypoth., literis cambii proprii adjectæ, competit, intra annum & diem non præscribitur.*

nn) Quoniam actio personalis ex literis cambii proprii jure Lipsiensi (v. Ord. Camb. Lipsiensi. §. 32. quam ad alia extra Lipsiam loca extendi non debere, præjudicio firmat D. Berger in *Oecom. Lib. 3. tit. 7. p. 742. not. §.*) Marchico (v. Ord. camb. Marchion Brandenb. art. 28.) & Magdeburgico (vid. Ord. Camb. Ducat. Magdeb. art. 24.) ad actiones temporales pertinet, eique *intra annum & diem*, ab adventu diei solutionis currentem, præscribitur, add. Dn. Prof. Ludovici in *der Einseit. zum Wechsel-Proceß cap. XI. §. 3. sequ.*, quæritur, si literis cambii proprii clausula hothecæ adnexa sit, num creditor actione hypothecaria contra debitorem experiri possit, præterlapso licet anni & diei spatio? Pro negativa facere videtur, quod ea etiam, quæ digniorem diversamque indolem & naturam habent, si adnectuntur accessorie alteri rei diversæ, perdant suam indolem naturamque, & recipiant naturam principalis, ideo hic, extincto jure ex literis cambii personaliter agendi, jus realiter agendi conservatum esse, minime censeatur. At vel sola instantia juris communis: quamvis hypotheca obligationibus personalibus, ad summum 30. annos durantibus, accesserit, nihilominus inde competentem actionem hypothecariam finiri demum 40. annis, si debitor vel ejus heres hypothecam possidet: invertit rationem dubitandi, a jure communi mutuam, ostenditque, actionem hypothecariam esse principale non vero accessorium quid, & ab hypotheca, quod fit



§. XI. De *praxi Lipsiensi & Saxonica* *memo- Testimo-*  
*rabili* restatur D. Ziffel in *tr. von Wechselbrieffen nium de*  
*und dero Vfsancen Sect. VI. p. 117.* quod in simili, *nimi-praxi in*  
*rum* ob hypothecam conventionalem, literis *camb-Saxonia,*  
*cialibus* insertam, incomparabilis ICtus, nunc bea-  
 tus Dn. Bened. Carpzovius in concursu Caroli  
 Günther *Borns præ omnibus (supple concreditoribus*  
 D *lite-*

fit accessio principalis obligationis, nec per se subsistere que-  
 at, ad *actionem hypothecariam* non posse duci argumentum.  
 Ad stipulamur igitur *adfirmativa* cum Dn. D. Küstner in *diff.*  
*inaug. de mensura & annali præscript. liter. camb. §. 30.*, autu-  
 mantes, præscriptionem actionis *hypothecaria* non sequi præ-  
 scriptionem actionis *cambialis*, quemadmodum præscriptio  
 actionis *cambialis* non præscindit creditori viam, *alio* juris re-  
 medio, quam *cambiali*, verum nomen in iudicio persequendi,  
 v. Dn. D. Küstner *d. l. §. 29. seqv. add. Ord. Camb. Reg.*  
*Gall. Ludov. XIV. supra lit. u. in f. alleg. tit. 5. art. 21. ibi:*  
*Les lettres ou billets de change seront réputés quittés après cinq In Gallia*  
*ans de cessation de demande & poursuite, a compter du lendemain præscriptio*  
*de l'echéance, ou du protest, ou de la dernière poursuite. Nean- non liberat*  
*moins les prétendus débiteurs seront tenus d'assumer, s'ils en sont débiteurs*  
*regals, qui ne sont plus redevables, & leurs veuves, ou héritiers, ayans juramento,*  
*cause, qu'ils estiment de bonne foi, qui n'est plus rien du, in ver- se nihil am-*  
*nacula: die Wechselbrieffe oder Scheine, wenn sie nach dem plus debere.*  
*Verfall oder processs-Dag oder letzten Anforderung innerhalb*  
*5. Jahren nicht gefordert, sollen vor bezahlt geachtet werden.*  
*Nichts desto weniger aber sollen die vermeinte Schuldner,*  
*wenn sie darum angetastet werden, daß sie nichts mehr schuldig,*  
*zubejahen/oder ihre Wittwen/Erben/und besitzer/ daß sie war-*  
*haffig etwas schuldig zu seyn nicht vermeinen/auszusagen gehalten*  
*seyn/v. D. Kömigl. in Anhang zu der Leipziger Wechsel-Ord. n. p. 208.*  
 Ac

literarum cambii simplicibus, & iis, qui anteriorem hypothecam conventionalem aut antea reale non impetraverunt,) solutionem acceperit.

*Cessionarius literarum* §. XII. Ampliatur §vus XIX: *cessionarium* (oo) cambii literarum, quibus clausula hypothecaria adnexa est.

Accedit, quod clausula hypothecaria non sit de forma & essentia literarum cambialium, & contrahentes, dum de hypotheca insuper convenerunt, porius duplex quasi negotium celebrasse præsumantur, quodque materia cambialis sit *juris singularis*, nec patiat extensionem ad materiam hypothecæ, tanquam materiam *juris communis* & absumilem &c. Quare actio hypothecaria, etsi non, nisi ex clausula hypothecaria, literis cambialibus inserta, competat, atque ex iisdem literis tantum probari possit, nihilominus jure *Saxonico Electorali* 40 annis, si contra debitorem ejusve heredem instituitur, (v. præjudicia apud Magnif. Dn. Lud. Menck. in tr. ff. *Synops. tit. de pign. & hypoth. pag. 287. in f.*); 31. annis 6. Sept. & 3. dieb. autem, si contra tertium sive bonæ sive malæ fidei possessorem formatur, demum expirat. Verum jure *Marchico & Magdeburgico* hæc questio & actio hypothecaria respectu tertii concreditoris cessat, v. §. XIV. & XV.; contra debitorem possidentem ejusque heredes vero eadem actio utroque jure tollitur præscriptione 40 annorum, v. Ord. polit. Duc. Magdeb. cap. 52. §. 1. ibi: *Wie auch in actioe hypothecaria keine Verjährung angezogen werde mag es seynd denn vierzig Jahr verlossen, idque eo magis, quo magis literæ cambii proprii jure Marchico & Magdeburgico post lapsum anni & diei in vim simplicis obligationis resolvantur & hoc modo in Marchionatu Brandenburgico decem annos (v. Ord. camb. March. Brand. art. 28.) at in Ducatu Magdeburgico septem annos (v. Ord. camb. art. 24.) adhuc durent.*

De *cessione* (oo) Vbi & quatenus. cessiones literarum cambii (in concursu) dosirte und girirte *Wechsel-Brieffe* extra concursum valent, & extra cum.

est, postquam *cedenti* (pp) summam cambialem solvit, (ut patet ex verbis: *den Werth von denselben*) in *hujus* locum non solum ratione actionis (qq) cambialis, *cambiicum clausula hypothecæ utitur jure cedentis.*

ant. v. B. Dn. Stryk VI. ff. mod. tit. de Res. permut. §. 9. & Dn. Profess. Ludovici in der Einleitung zum Wechsel-Proceß cap. 4. §. 27. sequ. In concursu, si creditor literarum cambii cum clausula hypothecæ cum agnovit, & liquidum ac prioritatem deduxit; in *ejus* (prioris hypothecarii) locum succedit posterior hypothecarius, vel alius creditor posterior non hypothecarius, sive hic *isti* volente, sive invito, sive ignorante debitore communi solvat, aut *eodem* solutionem, cum offertur, non recipiente, pecuniam deponat, arg. l. 12. §. 6. ff. Qui pot. in pign. l. 22. C. de pign. & hypoth. l. f. 4. C. de his, qui in prior. credit. loc. succed.

(pp) Primo literas *cambii proprii* cedit mutuo dans (Der Ausleiher); literas *cambii alieni* autem acceptans & solvens (Der den auf ihn gerichteten Wechsel-Brieff angenommen und bezahlt hat) quia non nisi mutuo accipiens (Der Entleiher) literis *cambii proprii* in favorem mutuo dantis (Des Ausleihers) atque literis *cambii alieni* tantum transfans (Der Geld durch eines andern Vorschuß übermacht) in favorem acceptantis (Dessen der den Vorschuß that) clausulam hypothecariam inferere solet, v. supra §. II. & III.

(qq) *Actio personalis ex literis cambii* competit creditori, De actione sive ei, cui literæ cambii sunt datæ, adversus debitorem, sive eum, ex cambio, qui literas cambii dedit vel acceptavit, ad id, ut debitor citatus in persona, licet cum procuratore compareat, & datas vel acceptatas literas cambiales lecto detentus coram judice delegato recognoscat, aut jurato diffiteatur, factaque earum recognitione, summam in iis contentam cum usuris moræ & expensis statim solvat, aut custodiam personæ publicam expectet. Instituitur hæc actio apud judicem debitoris competentem & De judice, ordinarium, nisi particularis judex constitutus sit, qui causas camb-

*De exceptio-  
nibus solutio-  
nis & com-  
pensationis  
respectu cam-  
bii non cessi-  
& cessi.*

cambiales ex æquo & bono juxta mores & consuetudines met-  
catorum componat. Exceptio solutionis, compensationis,  
aut non numerata pecunie, in continenti & legitime proba-  
ta, nec non depositio sortis usurarum & expensarum in una  
summa personæ custodia liberant. Nec refert regulariter, ut-  
rum principalis creditor ex literis cambii non cessis agat, an  
cessionarius ex cessis. Exceptiones enim, quæ obstant cedenti,  
cessionario regulariter opponi queunt. Aliud obtinet secun-  
dum mandatum Elector. Sax. de Ao. 1699, utpote quo cave-  
tur, ne exceptio compensationis, quæ obstat cedenti, pariter  
cessionario objici possit, itemque, ne exceptio solutionis eidem  
cessionario opponi queat, nisi de eadem liqueat ex ipsis met li-  
teris presentatis, add. Dn. Prof. Ludovici in der Einleitung zum  
Wechsels-Proceß cap. XI. §. 31. sequ. & Dn. Berger *Oeconomi. Jur.*

*Quomodo ex  
hypotheca, in  
literis cambii  
contenta,  
contra terti-  
um possesso-  
rem & debi-  
toris debito-  
rem agi pos-  
sit?*

*De beneficio  
excussionis.*

*Lib. 3. tit. 5. p. 647. not. 12.* Contra actiorem cambialem actio  
personalis & realis hypothecaria conjungi queunt. At tertius  
hypothecæ jure obligatarum rerum, quæ bona fide & iusto ti-  
tulo in bonis debitoris fuerit, possessor, ut de debitoris cambialis  
debitor, sive principalis, sive accessorius, ut fidei jussor, (v. præ-  
judicia in simili apud Dn. Berger. *Oeconomi. Jur. Lib. 3. tit. 5. p.*  
*645. not. 3.*) ex literis cambialibus, in quibus hypotheca con-  
ventionalis continetur, non nisi actione hypothecaria conve-  
niri possunt. Atque contra eos petitum pure & simpliciter ad  
traditionem possessionis harum rerum, non alienative, ut trad-  
ant, aut debitum cambiale, pro quo res oppignorata est, persol-  
vant, formandum est. De beneficio excussionis, quod ad tertium  
possessorem a creditore cambiali conventum, ita tene: quod  
ille eo se tueri queat, si huic res possessa non specialiter oppi-  
gnorata, sed hypotheca bonorum generalis saltem constituta  
est. Pariter, quod ad debitoris debitorem, videndum, utrum  
nomen debitoris creditori specialiter oppignoratam, an sub hypo-  
theca nominum generali comprehendatur. Posteriori casu  
valet exceptio excussionis; non item priori. Ita regulariter.  
Cessat autem beneficium excussionis, si debitor vel non am-  
plius solvendo, vel difficilis conveniendo, & maxime intuitu  
tertii possessoris, si oppignorationis non ignarus rem adquisivit.

bialis, sed etiam respectu juris prælationis, ex hypotheca conventionali resultantis, succedere (rr). Nam cessionarius pro creditore, est, utiturque jure, beneficio & privilegio cedentis, (*reali, non personali,*) etiam in his, quæ specialia sunt, vel ex statuto fluunt de creditore loquente (ss).

D 3

S. XIII.

(rr) Licet (a) verbum: *commis, Ordre / oder getreuet De verbo* Inhaber des Wechsel-Briefs: in cambii literis omisum sit, *Ordre:* v. Dn. Prof. Ludovici in der Einleitung zum Wechsel-Process *omisso.* cap. 4. §. 23. & *dissert. de Legitim. ad caus. §. 32.* Vbi præjudicia referuntur, distinctiones formantur, rationes adduntur, & sym 30. Ord. Camb. Lips. non obstat, demonstratur, (b) cedens aut cessionarius *judæus* sit. In commercio enim cambiali *Cambiat & exulant* una cum distinctione inter Christianum & Hebræum *cedit quomnes apices juris, v. præjudicia apud Dn. Berger Oeconom. que judæus.* *Jur. Lib. 3. tit. 5. not. 2. p. 643.* & judæum æquè ac Christianum actu & potentia cambium exercere, docet quotidiana experientia.

(ss) Incidit quæstio, si cessæ literæ cambiales, quibus *An & quare* clausula hypotheca bonorum generalis inserta, a debitore *cessus cessionario* acceptari & solvi recusentur, ideoque, facta desuper more *rius cessæ una* mercatorum consuetu protestatione, ad cedentem revertantur, *cum literis* num *in dubio* cedentis bona similiter cessionario hypothecæ *cambii eis in* ea generali sint obligata? Sentimus, *quod non;* nisi forte ejus *serta hypo-* modi literæ pro aliis cambii literis, quas cedens antea *sub hypo-* theca bonorum cessionario solvere debebat, ei, *adsignationis in-* ventionali *flor,* ut præsumitur, (non *delegationis virtute,* ut per verba: *contra ce-* *Der mich zähle &c. und ich frey von diesem* indossement: *ex dentem uti* primi solet.) cessæ fuerint. Vbi, cessante conditione, solutio *possit?* nē per alium faciendi, & accipiendi, res retrotrahitur ad tempus *initii,* eoque sensu hic admitti potest, quod subrogatum sapiat *naturam ejus, in cujus locum subrogatur.* Opponis, aut *instru-* *Oppositiones* *men-* *refurantur.*

*Jus hypo-  
thecæ m.  
adquirat  
trassan-  
tis literas  
cambii  
cum claus.  
hypoth. ho-  
norans.  
Clausula  
hypothecæ  
literis cam-  
bii frustra  
adjicitur  
jure Mar-  
chico;*

§. XIII. Ampliatur idem §vus IIX: *tertium quem-*  
*piam*, qui trassantis literas cambiales, ab eo, ad quem  
directæ fuerunt, non acceptatas (facta de recusata ac-  
ceptione a præsentante protestatione,) honoravit,  
acceptavit & solvit (tt), *sibi* pariter iuxta clausula hy-  
pothecaria, literis cambialibus a trassante adjecta, ad-  
quirere *jus hypothecæ & prælationis*, atque in concur-  
su cum trassantis creditoribus inter hypothecarios  
in tertio ordine esse collocandum.

§. XIV. Limitatur autem §vus IIX: *nisi regu-*  
*laris clausule hypothecariae, literis cambialibus insertæ,*  
*effectus lege aliqua provinciali aut locali sit sublatus.* Ita  
jure cambiali Marchico clausula hypothecæ, literis  
cambialibus adjecta, intuitu aliorum in concursu ha-  
betur pro non adjecta (uu).

§. XV

*mentum literarum cambialium redditum esse, aut non,* priorique  
casu ob tacitam juris hypothecæ remissionem, at posteriori ob  
nullam rationem dubitandi quæstionem superfluum inane &  
frustraneam esse. Cui opponenti replicamus, *partim* dari terti-  
um, quartum, quintumque &c. v. g. aut instrumentum, de quo  
sermo, vi & dolo alterius, item errore, habitaque fide reddi-  
tum, aut casu amissum, aut a tertio injusto modo detentum esse  
posse, *partim* non confundi debere redditionem instrumenti *par-*  
*ram* cum *conditionali* de hac loquimur, non de *illa*, ac nos adhuc  
valde ambigere de universalitate regulæ: *omnem instrumenti,*  
*in quo debitum & pignus conscriptum, redditionem involvere tacit-*  
*am ejusdem remissionem.* Vel enim in sola redditione, quæ cu-  
stodix gratia, sive, ut aliquid emendetur, fit, regula fallit, conf.  
*l. Si quasi 3. ff. de pignoratit. act.*

(tt) Conf. B. Dn. Stryk *of. ff. mod. tit. de Rer. permut. §. 12.*

(uu) Licet enim debitor manum suam recognoscat, li-  
cet

§. XV. Jure cambiali Magdeburgico (vv) idem *item jure*  
cavetur.

Magde-  
§. XVI. burgico.

et se animo constituendæ hypothecæ dictam clausulam ad-  
jecisse coram iudice fateatur: tantum tamen abest, ut inde  
creditor *jus reale* adipiscatur, ut is potius in concursu credito-  
rum a tertio ordine penitus arceatur. Ordinatio cambialis

Marchionat. Brandenb. art. 37. expressè cavet, literas cambiales,  
quæ clausulam sub *hypotheca bonorum* continent, præ aliis lite-  
ris cambialibus, hanc clausulam non continentibus, in concu-  
su creditorum nullam prærogativam habere, sed utrasque

Tenor art. 37  
in ord. camb.  
March.

*aquali jure* gaudere debere. Verba sunt: Und gleich wie son-  
sten die Gerichtlich-errichtete obligationes und hypothequen in  
concurſibus creditorum billig ihren Vorzug behalten: (Vs-  
que huc nihil peculiare. In Marchia enim, relicto mobilium  
& im mobilium discrimine, jus commune observatur, & publi-  
ca hypotheca potior est privata.) Also wollen und verordnen  
Wir hiermit, daß hingegen diejenige Wechsel-Brieffe, welche  
clausulam sub hypotheca bonorum in sich halten, nach dieser  
Unser Wechsel-Ordnung vor andern Wechsel-Brieffen in con-  
curſibus keinen Vorzug oder prælation, sondern mit denen an-  
deren Wechsel-Brieffen gleiches Recht haben sollen.

(vv) In Ducatu Magdeburgico hypotheca cambialis *Contenta*  
quoque invalida est juxta art. 33. in Ord. camb., ibi: Und art. 33. in  
gleichwie die gerichtliche obligationes, wenn sie unseren Magde-  
burgischen Landes-Ordnungen und denen Rechten gemäß Duc. Magd.  
eingerihtet seynd, in concursibus creditorum den Vorzug be-  
halten: Also wollen und verordnen Wir hiermit, daß dahin-  
gegen diejenige Wechsel-Brieffe, welche clausulam sub hypo-  
theca bonorum in sich halten, nach dieser unser Wechsel-Orde-  
nung vor andern Wechsel-Brieffen in concursibus keinen  
Vorzug und prælation haben sollen, sondern solche müssen/  
wen sie sonst den ordentlichen Stylum cambiale haben, mit  
allen

Rationes §. XVI, Rationes (xx) juris cambialis Marchi-  
 ci (yy) & Magdeburgici (zz)  
 chici §

allen andern Wechsel-Briefsen und chirographarischen Schul-  
 den gleiches Recht haben.

De circum-  
 stantiis in  
 correctoria  
 lege Marchi-  
 ca & Magde-  
 burg. expres-  
 sis, ac non ex-  
 pressis.

(xx) Legis est dare casu obveniente, quemadmodum  
 omnis cessat disputatio: ita, si mercatores ex diversis literis cam-  
 bii, quorum alie clausulam sub hypotheca honorum continent,  
 alie non, contra debitorem agunt, & de prioritare invicem  
 contendunt, singulos jure Marchico & Magdeburgico citra re-  
 spectum causae & temporis pro rata admitti, solutionemque  
 consequi, manifestum & expeditum est. Verum enim vero,  
 quum mercator, qui hypothecam mobilium generalem, sive  
 rei mobilis (aut etiam jure Marchico v. Dn. D. Scharrow in  
 dissert. in aug. de differ. jur. civ. & March. tit. 21. §. 4. sequi  
 immobilis) specialem, sive utramque, generalem & specialem  
 salvo jure variandi, in literis cambialibus constitutam habet,  
 cum mercatore, qui dicta clausula, Bey Verpfändung des  
 Schuldners Vermögens, sibi in literis cambialibus saltem pro-  
 spexit: quum porro mercator cum non mercatore: quum cre-  
 ditor cambialis & prior hypothecarius cum alio creditore non  
 cambiali (vel simplici & posteriori hypothecario, vel jure per-  
 sonali munito, vel nudo chirographario) concurrat, de quibus  
 casibus jus Marchicum & Magdeburgicum non sufficienter de-  
 creverunt: tum non desunt glossarum & advocatorum cavilla-  
 tiones, tum interpretationis doctrinalis auxilium invocatur,  
 tumque litigantes in omnibus instantiis & penes omnia colle-  
 gia juridica sicut chymistae lapidem quaerunt, donec omnia di-  
 lapidaverunt.

Genuina art.  
 37. in ord.  
 camb. March.  
 interpreta-  
 tio.

(yy) Jus Marchicum ad bona mobilia & im mobilia simul  
 pertinere, atque de hypotheca generali loquentem, specialem  
 quoque sub se comprehendere, imo inter mercatorem & non  
 mercatorem non distinguentem, utrumque intelligere, tandem-  
 que



zz) *probabiles* videntur, quod negotium cambiale *Magde-*  
*mercatoribus* proprium sit, inter quos de apud *burgici*  
 juris generatim, & speciatim de effectu clausulæ hy- *probabiles.*  
 pothecariæ, nequidem in concursu disputandum,  
 quodque iniquum sit, ut unus mercator, qui in  
 jura paulo curiosior, alteri in mercaturam curio-  
 sissimo præferatur, imo extra concursum nefas, ut  
 celeritas executionis personalis, quæ peculiaris cam-

E

bii

que creditorem hypothecarium *cambialem* omnibus creditori-  
 bus hypothecariis *non cambialibus* (v. *lit. ppp.*) postponi velle, e-  
 xistimamus, quamvis contextus ostendat, favorem mercatorum,  
 qui sine hypotheca in literas cambiales credunt, dispositioni ejus  
 singulari ansam præbuisse. Finge autem casum, inter credito-  
 rem cambii cum hypotheca & creditorem cambii sine hypo-  
 theca *tertium hypothecarium non cambialem* intervenire, qui tem-  
 pore posterior, quam *creditor cambii cum hypotheca*. Finge am-  
 plius, utrosque super eadem hypotheca contendere. Vbi cer-  
 to certius adparet, quia secundum formam legis præscriptam  
 ditores cambii cum vel sine hypotheca *pari jure* gaudere debent,  
 ut *tertius hypothecarius non cambialis*, etsi tempore posterior, *hypo-*  
*thecario cambiali*, etsi tempore priori, præferendus sit. Neutiquam  
 igitur hæc peculiaris & singularis juris cambialis Marchici  
 dispositio peculiarem & singularem tractationem meretur, (vi-  
 cujus *ad solos mercatores*, & tantum ad eorum concursum, qui  
 pecunias suas in literas cambii vel *cum vel sine hypotheca* cre-  
 didere, restringenda, haud vero ad eorum concursum *cum ter-*  
*tio non mercatore* extendenda foret,) sed communiter & gene-  
 raliter inspicienda venit, ac si cambialis hypotheca citra respe-  
 ctum creditorum concurrentium nullo modo valeat & con-  
 valescat.

(zz) Ad dispositionem juris cambialis Magdeburgici in *Explanatio*  
*art. art. 33, in*

bii literarum virtus est, per interventionem hypothecæ labefactetur & quasi evertatur, qui enim in re securus, cautionem in persona tanti non curat. Vt taceamus, *executionem in merces* (summas mercatorum divitias) omnino in utilitatem publicam impingere,

*ord. Camb.  
Magdeb.*

art. 33. transeuntes, cam argumento Ord. Proc. Duc. Magdeb. cap. 49. cl. 5. §. 1. In diese Classe gehören diejenige / welche mit NB. blossen Wechself-Brieffen versehen & cap. 49. cl. 3. §. 46. & 47. (v. supra lit. k.) ad hypothecam generalem, & præcipue ad hypothecam immobilium restringere possemus; nisi in literis cambii cum hypotheca, (quales juxta ordinarium stilum cambiale conceptæ sunt, tales autem ubique intelligimus,) & in literis cambii sine hypotheca *paria prælationis jura* in creditorum concursu desiderarentur. Namque hac ratione necessario & per consequentiam omnes hypothecarii in genere & in specie, omnesque personali privilegio muniti, qui alias inter cambii creditores *cum vel sine hypotheca* intercedunt, creditori cambii cum hypotheca præferri jubentur. Nec hoc fundamento semel agnito, deinde juvat, utrum creditor cambii hypothecarius alium cambii creditorem hypothecarium, an quendam in quarta aut tertia classe collocandum habeat competitorum. Imo simplex chirographarius cum eo *pro rata* crediti partem facit, ob verba: und chirographarischen Schulden/conf. lit. vv. inf. Igitur a forma dictæ constitutionis nihil recedimus, nihil exaudimus, nihilque supplemus. Interea eandem constitutionem ad obligationem extrajudiciale, stilo cambii ordinario non conseriptam, & præter hypothecam mobilium, sive generalem, sive specialem, clausulam: *debitorem secundum rigorem juris cambialis exsequendi*: continentem, eo effectu, ut nec ejusmodi creditor in concursu hypotheca gaudeat, minime extendendam esse, existimamus, & contra quemcunque defendere audemus.

*ad obligatio-  
nes stilo cam-  
biali non  
conceptas,  
haud perti-  
nentis.*

(aaa)

gere, partim, quia *hæ* sæpissime fidei debitoris solum concreditæ sunt, partim ob jacturam pretiosissimi temporis, in taxationem, subhastationem, licitationem, & adjudicationem *mercium* impendendi, quæ præsertim apud mercatores tanquam lucrum cessans æstimatur, partim ob vilem *mercium* taxationem & viliozem in *cas* licitationem. Accedit, quod debitor in tanta pecunias credentium multitudine ab initio *corpus* & *bona* æque principaliter in securitatem sui creditoris obligasse non sit præsumendus, nec creditor ob naturalem pudorem & ruborem ejusmodi duræ obligationi ab initio instituisse credendus, quodque literæ cambii *privatim* conscribantur, atque adeo ex postfacto debitor, imminente concursu, cum creditore amico lubenter colludere & in fraudem concreditorum omiffam hypothecæ clausulam in cambii literis supplere soleat.

*Juris Mar-*

§. XVII. Singularis juris cambialis Marchici & *chici* & Magdeburgici (aaa) dispositio etiam *non subditos* ob-  
 E 2 *Magdeb.*  
 li-*effectus*

(aaa) Quæritur, si jure cambiali Marchico & Magdeburgico literæ cambiales *post annum & diem*, a termino solutioni *theca cambi-*  
 præfixo computandum, in nudam obligationem degenerent, *alio tractu*  
*v. supra lit. m. in f.annon hypotheca cambialis a tempore capta obli-*  
*ationis*, unde quasi novas vires sumit, *convalescere incipiat?* Ita *convalescat?*  
 videtur, quia jus Marchicum & Magdeburgicum, hypothecam  
*in obligationibus* constitui posse, adprobant. At contrarium ve-  
 rius est, scilicet perpetuo vitiosam esse *respectu concreditoris* hy-  
 pothecam cambialem, & sine alia nova superveniente causa non  
 cambiali minime convalidari. Quod enim ab initio invalidum  
 est, illud tractu temporis *absque alterius causæ adminiculo* non  
 reparatur, confirmaturque. (bbb)

apud exte-  
#05. ligat (bbb). Quapropter nec subditis Marchionatus Brandenburgici & Ducatus Magdeburgici hypotheca cambialis, etsi ab exteris constituta, penes externos, & ubi locorum valet, aliquid proficit, quia jus in se statui pati debent (ccc), quod ipsorum supremus in alios statuit.

S. XVIII.

Textus de jure talionis in March. Brandenb. & Duc. Magdeb., (bbb) v. Ord. Camb. March. art. 42. & Ord. camb. art. 37. ibi: Denen Fremden soll bey denen Concurribus gleiches Recht/ wie denen Einheimischen/ administriret werden/ es wäre denn/ daß unsere Unterthanen an fremden Orten anders/ als in unserm Lande tractiret würden/ weichenfalls die fremde Ursach haben/ zu frieden zu seyn / daß sie in unsem Landen auf eben die Weise/ wie denen Unsrigen bey ihnen geschiehet/ tractiret werden.

in Sax. Electorali, (ccc) Conf. pluribus Mand. Elect. Sax. sub dato Dresde d. 26. Sept. 1682. §. ult. apud D. Königf. in act. ad Ord. camb. Lips. p. 19. Hiernächst/ gleichwie durch gegenwärtige unsere provisional-Resolution, zum Abblenden Auswärtigen nach Leipzig trafikirenden Kauff- und Handels-Leuten/ wegen Annehmung derer Arresten und sonstigen Wohl prosperiret werden: Also werdet ihr Euch/ wie es diesfalls auffser Landes/ anderer Orten und/ ob denen unsrigen/ auf gleichmäßige Weise/ begegnet werde/ mit Fleiß zu erkundigen/ und uns deshalb nach befinden/ Eure unterthänigsten Bericht zu unsrer weiteren resolution geborsamst einzuschicken wissen/ & Ord. Camb. Francof. ad Moen. art. 18. apud. D. Königf. d. 1. p. 192. bey denen Fallimenten/ so sich alhier begeben/ hat man auch eine Zeithero erfahren müssen/ daß ob zwar die Ausländische so wohl/ als einheimische und hiesige Kauffleute in concursum admittiret worden/ und die selbe gleich denen hiesigen ihre ratam bekommen/ dennoch denen Unsrigen bey etlichen derer Ausländischen gleiches Recht nicht gedeyen oder wiederfahren können/ sondern selbige so lang zurück stehen müssen/ bis

s. XVIII. Transimus ad posteriorem quæstio-  
*Q. quis-*  
*nis partem, quisnam ordo creditorem literarum cambii nam ordo*  
*(ddd), quibus nulla hypothecæ clausula adjecta est, creditorem*  
*in concursu creditorum excipiat? Existimamus, respe-*  
*ctu literarum cambii proprii mutuo dantem in concursu sine claus-*  
*su cum mutuo accipientis creditoribus, at intuitu lite-*  
*rarum cambii alieni remittentem, ut & acceptantem (v. cipiatur? R.*  
*su-*  
*quintus.*

E 3

bis bene gänglich befriediget worden; als ordnen wir jure ta-  
 lionis, daß hierin mit solchen Ausländischen eine Gleichheit ge-  
 halten und keiner in Falliments-Sachen zugelassen werden/  
 noch participiren soll/ er beweise dann neben seiner Forderung  
 auch dieses mit beglaubten Schein von seiner Obrigkeit/ daß mit  
 denen unserigen derer Orten in solchen Fällen eine parität gehal-  
 ten werde/ & Ord. Camb. Breslau. art. 27. apud D. Königf. p. 6 Breslaviae.  
 243. Bey ereignenden Fallimenten / und darauf erfolgenden  
 Concurfibus alhier/ genießen zwar die Fremde und Ausländi-  
 sche Creditores, mit alhiefigen Kauff- und Bürgers- Leuten/ glei-  
 ches Recht. Jedoch daß sie durch Vorzeigung eines von ihrer  
 Obrigkeit erhaltenen beglaubten Scheins erweisen: Daß in  
 selbigen Orte alhiefige/ oder in Ermangelung dieses Casus, andere  
 fremde Kauff- Handels und Bürgers- Leute ebenfalls mit ihnen in  
 denen Fallimenten gleiches Recht zu genießen hätten; ihre  
 Obrigkeit sich auch darbey erkläret/ alhiefigen Kauff und Bür-  
 gers- Leuten bey ihnen gleiches Recht genießen zu lassen.

(ddd) Jam vero sub nomine *creditoris literarum cambii* Quatenus re-  
 veniunt non solum *mutuo dans & acceptans* (quatenus *illius debi-*  
*tor factus est mutuo accipiens & hujus trassans, v. supra §. II. & presentans*  
 III) sed etiam *remittens*, quatenus *is pecuniam in literas cambii sub cred. lit.*  
*datam nec tamen solutam a trassante repetit, ut & presentans, camb. con-*  
*quatenus vel ex acceptatione adversus acceptantem vel ex ces-*  
*sione adversus remittentem agit.*

(eee)

supra §. II. III. & IV.) in concursu cum trassantis creditoribus, nec non *præsentantem*, tum in concursu cum acceptantis creditoribus, si *præsentans* acceptanti de solutione fidem habuit (eee), tum in concursu cum remittentis creditoribus *regulariter* (fff) locum

*Quando si-  
des de solu-  
tione liter.  
cambii habi-  
ta censetur?  
De periculo  
præsentan-  
tis, si non pro-  
testatus est.*

(eee) v. Dn. Fleck in *Biblioth. Jur. lib. 3. tit. 5. n. 15.* ubi ita: Fidem vero (acceptanti) de solutione habuisse censetur (*præsentans*), quando terminum solutionis, *intra certum tempus* etiam *intra dimidium horæ quadrantem* faciendæ, simpliciter absque protestatione admisit & expectavit. Vbi notandum est, quod protestatio aliquando ex intervallo juxta tempus, statuto vel consuetudine præfixum, (quod in nundinis tota est septimana, die *Zahl-Woche*) coram Notario & testibus, vel duobus viris honestis, in destinato loco fieri soleat, quando *præsentator* dubitat, an *acceptator* sit solvendo; quam protestationem fide dignam *remittenti* illico mittere debet, vt *ipse* pecuniam a *trassante* repetere possit. Alioquin si præfixo tempore non est protestatus, etsi literas non præsentaverit, nec fidem *acceptatoris* secutus sit, literæ cambiales pro acceptatis habentur, & *remittens* nullum habet regressum contra *campforem*; quod idem intelligimus, si protestatio facta nimis sero *campfori* intimatur. Quod tamen *extra concursum*, super bonis *campforis* sive *trassantis* ortum, singulariter fallit, si pecunia cambialis nondum ad *campfarium* sive *acceptantem*, pervenit, (v. supra §. III.) sed penes *campforem* sive *trassantem* adhuc integra est, sive extans, sive consumpta; quia iniquum foret, *trassantem* alterius pecunia velle locupletari, conf. Dn. Fleck *d. l.* ibique cit. *Dd. add. supra §. VI. inf.*

*Limitatio §.  
XIII. & cau-  
zela pro re-*

(fff) Limitatur §vus XIII. quoad *remittentem*: nisi *hic* apud *trassantem* pecuniam per literas transferendam in facculo clausam & obsignatam deposuerit, sub pacto, ut *trassans* ea

NON

in ultimo ordine invenire, atque cum aliis credito-  
ribus simplicibus sive chirographariis concurrentem,  
citra respectum causæ & temporis, *pro rata* solu-  
tionem consequi.

§. XIX. *Rationes decidendi* ponimus in eo, *Rationes*  
quod a singulis (ggg) *literarum cambii creditoribus decidendi.*  
regu-

non uti debeat, antequam *presentans* per literas translata & ac-mittente, ut  
cepta pecuniæ apocham transmiserit. Qua cautela adhibita, *deponentis*  
*interventio favoris* (vid. lit. hhh) vel statim soluti, vel saccu-jura nancis-  
lo simul inclusi, vel post transmissam apocham demum solven-  
di, non tollit actionem & obligationem *ex deposito*. Sed re-  
*mittens*, ex literis cambii, cum protestatione remissis, contra  
*trassantem* agens, orto super bonis *trassantis* concursu credito-  
rum, pecuniam depositam *extantem* vindicat; ob *motam* &  
*dilapidatam* vero in *quarto* creditorum ordine *jura deponentis*  
nanciscitur. Et ad hunc vel similem casum (v. lit. seq.) Dd. dis-  
sentientes sunt restringendi.

(ggg) Quod ad *literas cambii proprii* attinet, quin *mutuo* *dominium*  
*tuum* *dominium* pecuniæ in *mutuo* *accipientem* transferat, *pec. camb.*  
non ambigitur. Nec aliud obtinet, quoad *literas cambii* *transfert* &  
*alieni*, respectu *remittentis*, qui, pecuniam *trassanti* prius *ex-mutuo* *dans*,  
solvendo quam alibi iterum exsolvendam cupiendo, *trassanti* & *remittens*,  
pecuniam credit, id est, ipsi *dominium* ejus dat; non pecuni-  
am apud *eum* deponit, quia alibi *alia* pecunia, non *eadem*, ex-  
solvitur. Dissentientes igitur vel de *casu*, in *lit. preced.* ad-  
*de casu* *dis-*  
lato, vel de *casu*, si quis *pecuniam alterius fidei*, ut alibi in *present.*  
*cie* transferretur, & exsolveretur, *concedat*, sunt intelligendi,  
ubi cum iis consentimus, *transferentem* nullum in *pecuniam do-* & *presen-*  
*minium* *consequi*. Porro *presentantem*, si *remittenti* de valore *trans,* quando  
*literarum cambii* satisfecit, *valoris* *dominio* in *favorem* *remitt-*  
*entis* se abdicasse, nullus negabit. Vnicus itaque *casus* *de tem?*  
*presen-*

regulariter \* usus & dominium pecuniæ detur, & a debitoro pecunia non eadem vel in specie, ut in deposito, sed *similis* vel in genere, ut in mutuo, reddenda promittatur: quod in contractu cambii contrahentes regulariter ab initio de foenore (hhh) conveni-

quando in presentante, quando Dominium pecuniæ acceptanti dedit, dabitur? videtur, sed non est solidè effective, etsi non formaliter fieri solet, cum presentans acceptantis fidem fuerit secutus;

Contra hunc contractum cambii proprii, quin ille sit regulariter foeneratitius, iterum nullum est dubium. De expressione usurarum in literis cambii proprii v. Dn. Prof. Ludovici in der Einleit. zum Wechsel-Proceß cap. 3. §. 13. Intuitu cambii alieni vero foenus vulgo audit *lagium*, conf. Dn. Fleck in Biblioth. jur. lib. 3. tit. 5. n. 26, ubi ita: In contractu cambiiali propter varia pericula, sollicitudines, labores, expensas & interesse collybus, vulgo *lagium* (der Aufwedsel) juxta conventionem, ab initio, vel ex post facto adjectam, aut, hac deficiente, juxta ejusvis loci statuta, & distantiam, nec non habita consideratione diversæ pecuniæ, etiam ultra legitimas usuras, quasi nauticum foenus, loco mercedis omni jure licite præstatum, imo petitur etiam *lagium*, etiamsi ab initio de eo nihil conventum sit, quia huic contractui proprium est, nec campfor cambium gratis exercere præsumitur. Vnde B. Dn. Struvius in S. I. C. Exercit. 25. §. 40. cambium alienum definit, quod sit contractus, quo ita permutatur pecunia, vt pro pecunia, in alio certo loco, alia pecunia æquivalens, interveniente aliqua mercede, detur. add. B. Dn. Stryk ff. mod. tit. de Rer. permut. §. IV. in verbis: cum quo (cambio) confundi non debet collybus seu symbola collybistica, quippe quæ nihil aliud est, quam certa merces, per modum conventionis deter-

§ B. Dn. Struvius,

§ B. Dn. Stryk.



ant (iii), quod sine lege rei, aut personæ,  
 F (kkk)

minanda, quæ datoribus literarum cambialium pro præstita opera persolvi solet. Vocatur *courtage*, germ. das Wechsel-Geld/ v. Stypmann. *de jur. marit. & naut.* p. 4. c. 3. Struv. S. I. C. Ex. 25. th. 43. Cum qua convenit *lagium*, vulgo *lage* pecunia scilicet ista deducta, quam sibi camplores, vel ob varietatem monetarum tanquam interesse, vel ob mercedem, quæ ipsis propter permutationem (ver das Geld umsetzen) & pecuniæ transmissionem exsolvitur, reservant. add. Jac. Spiegel in *Lex. jurid. verb. cambio* & D. Zippel *tr. von Wechselbr.* und *Dero Vlancen* p. 622.

(iii) Posito antecedente, *literis cambii proprii* regulari. Si cred. *lit.* ter conventionem de foenore, & *literis cambii alieni* regulariter, *camb.* est vel, si *maius*, essentialiter conventionem de *collybo* & *lagio* inesse: foenerator ponitur etiam consequens: *creditorum literarum cambii sive pro-* pertinet *m. prii, sive alieni*, regulariter in concursu in quinto ordine esse ad quintum collocandum. Dissentientium Dd. pro quarto ordine allegatas *ordinem*. leges firmare potius sententiam nostram de quinto, patet ex earum inspectione, quamvis de casu nostro *proprie* verba non faciant, prout mox dicitur. *Prima* Dd. dissentientium lex est *Conf. Vlpian. l. 7. §. 2. ff. Depositi*. Ibi Vlpianus *Quoties foro cedunt nummularius* in l. 7. §. *rii*; solet primo loco ratio haberi *depositoriorum*, hoc est, *corum*, 2. ff. *Depos. qui depositas pecunias habuerunt*, (nimirum *custodie gratia*, v. Gothofred. in *not. lit. b.*) non quas foenore apud nummularios, vel cum nummulariis, vel per ipsos exercebant. Altera est l. 24. §. 2. ff. *In l. 24. §. de reb. auct. jud. possid.* ubi idem Vlpianus; in bonis *mensu-* 2. ff. *de reb. larii vendentis*, post privilegia (quando pecuniæ non amplius *auct. jud. existant*) potiore eorum causam esse placuit, qui pecunias (custo-*possid. diæ gratia*) apud mensam, fidem publicam secuti, deposuerunt. Sed enim qui, depositis nummis, usuras a mensulariis acceperunt, a ceteris creditoribus non separantur, & merito; aliud enim est credere, aliud deponere. Si tamen summi existant; vindicari eos

*De nummulariis.* eos posse puto a depositeariis, & futurum eum, qui vindicat, ante  
 hodie esse permutatores unius generis nummorum pro alio in eo-  
 dem loco, *Geld-Umschewer* & *Verwechselet* / sive tales, quales,  
 nummis majoris pretii acceptis, nummulos i. e. minusculam  
 monetam in eodem loco reddunt, aut certæ regionis acceptam  
 pecuniam pro regionis alterius pecunia statim permutant:  
 quibus olim pecunias custodiendas dari foenerato interdum,  
 interdum gratuito, moris fuit juxta cit. l. 7. §. 2. ff. de pos. & l.  
 24. §. 2. de Reb. Auct. jud. poss. add. Gothofredus in not. ibid.  
 conf. etiam Calvinus *Lex Jurid. sub verb. Mensarii*, ubi ita:  
 Et certe duplex olim fuisse, custodia causa, rerum fide publica  
 deponendarum ratio videtur. Aut enim in loco publico apud  
 mensam nummulariorum, aut in loco sacro apud sacerdotem alicujus  
 alicujus vel fani, pecunie deponerentur. De banco a deposito,  
 quid sit, & quænam utilitas inde redundet? v. Dn. Marper-  
 gers *Handels-Gericht cap. 10. p. 260.* in verb. *wir neymen* & c.  
*Quomodo nummularii* Nummularios præterea pecuniam spectasse & probasse, patet  
 ex l. 39. ff. de solut. Quod si igitur mutuo accipiens, respectu li-  
 terarum cambii proprii, pecuniam ejusdem generis, non diversæ,  
 & post justum temporis intervallum, non statim, reddat; at  
 respectu literarum cambii alieni, remittens & trassans paci-  
 scantur, ut pro pecunia, aut re simili, soluta vel promissa in alio  
 proprio at- loco, non in eodem, pariter post justum temporis intervallum,  
 que alienum non statim, æquivalens pecuniæ summa solvatur, & remittenti  
 inter se dif- ferant? literæ a trassante pro nummis, non nummi in eodem loco, tra-  
 dantur: quilibet videt, nummularium & contrahentes cambium  
 sive proprium sive alienum inter se quam maxime differre. Ut  
 taceamus, nummularium olim personam publicæ auctoritate  
 constitutam fuisse; nos vero agere de personis privatis. Add.  
 Schilter *Exercit. ad ff. 32. §. 9.* in verb. *Cujus* (cambii alieni, sive  
 localis,) origo ex necessitate & publica utilitate orta, postquam  
 tum varia monetarum genera divisio Imperii Romani veteris in  
 plura regna introduxerat, que extra fines proprios non solent in  
 rerum

de banco a  
deposito.

Quomodo  
nummularii  
& contra-  
hentes camb.  
proprium at-  
que alienum  
inter se dif-  
ferant?

(kkk) non sit tribuendum privilegium: quodque consequenter nulla pro creditore & chirographario *cambiali* militet ratio juris & æquitatis, cur in concursu creditorum melioris conditionis esse debeat, quam creditor simplex & chirographarius *non cambialis* (ll). F 2

*rerum commerciis & solutionibus admitti, tum viarum securitas, quæ irruptionibus barbarorum & intermixtis sedibus, oroque bello privatorum, pravo more infestata fuerat, quod alibi. Unde est, quod Romanis hoc permutationis genus minus cognitum fuerit: quoniam monetæ Romanorum per universum orbem Romani Imperii æque valuerunt, sed & viarum publicarum major securitas.*

(kkk) *Quæ non sunt.* Sic privilegium *depositi* non est dandum creditori *literarum cambii*, quia non est *depositarius*. atque Neque ibi privilegia exorbitantia per subauditionem glossa *ge nullum est* rum & Dd. induci debent, ubi legis dispositio non habetur. dandum pri- Neque ex *multitudine* auctorum, quod *melius & æquius est*, judicatore, cum possit *minus* forsitan & *deterioris* sententia & *multas & majores* in aliqua parte superare l. 2. §. 6. C. de *Vet. jur. enucl.*

(lll) Pecuniam in chirographum, sive cambiale, sive *Quigratis* non cambiale, *sine usuris conventionalibus* creditam repetens, ad *credit: ad quartam* classem inter personaliter privilegiatos refertur, v. *quartam* Gothofredus ad l. 24. §. 2. ff. de reb. auct. jud. possid. lit. 2. *classem re-* Brunnemannus de Proc. conc. cred. cap. 3. §. 64. Ord. Proc. *fertur.* Sax. tit. 49. §. wenn auch & Ordinat. Process. Duc. Magdeb. cap. 49. cl. 4. §. 76, modo is se ita credidisse legitime probet; a nullo id enim præsumitur. Obiter advertimus, quamvis de non accipiendis usuris generaliter conventum, nihilominus *usuras mora* currere & deberi, non tam ut lucrum cessans, quam ut damnum emergens, v. præjudicium apud D. Zippel in

*Consentit jus camb. Magdeb.* §. XX. Consentit jus cambiale Magdeburgicum (mmm), expresse fanciens, chirographarium cambialem & non cambialem in concursu creditorum *aequali jure* gaudere debere.

*De Vsu in aliis locis.* §. XXI. Idem in Imperio, Augusta Vindelicorum, Brunsvici, Bolzani, Colonia ad Rhenum, Francofurti ad Mœnum, Hamburgi, Lubecæ, Lipsiæ, & in Saxo-

*an mutuum dans, collegia frequentandi gratia, usuram committat?* in tr. von Wechselbr. p. 189. Idem Sect. 1. p. 31. tractat questionem magis curiosam, quam utilem; *an Doctores in genere, sive Theologiae, sive Juris, sive Medicinæ, sive Philosophiæ, mutuum dantes studiosis, ut ipsorum collegia frequententur, usuram committant?* Si sub hac conditione mutuum expresse datum, descendimus cum eo & ibi allegatis Dd. in *affirmativam*, maxime, si collegia non sunt gratuita. At altioris indaginis & vix vero simile est, Dd. usque adeo adfectibus indulgere suis, ut sibi collegiorum celebritatem in mutuo loco *usurarum* stipulentur. Quod autem ex amicitia & fiducia, occasione mutui contracta, ex proprio motu, & aliqua specie gratitudinis pecunias mutuo accipientium descendit: id huc non pertinet.

*Textus Ord. camb. Magd. de cred. lit. camb. in ult. ord. colloquendo.* (mmm) In ducatu Magdeburgico est juris aperti, v. Erstfährte und verbesserte Proceß-Ordin. cap. 49. cl. 5. sub. Rubr. von denen gemeinen und chirographarischen Glaubigern §. 1. In diese Classe gehören diejenige welche mit blossen Wechselbrieffen versehen / ausser der Kauffmannschafft / wovon der 81. §vus des 49. Capitels in der alten Proceß-Ordin. handelt / bey welchen wir es gnädigst bewenden lassen. Quo se refert Ord. Camb. art. 33. in verb. solche müssen mit allen andern Wechselbrieffen und NB. chirographarischen Schulden gleiches Recht haben. In cit. §. 37. Ord. Process. cap. 49. de quasi jure separationis, si debitor in *diversis locis tabernæ* habeat, aut *diversas negotiationes* exerceat, agitur, & cavetur, ut *cujus tabernæ* aut *negotiationis intuitu* credidi, exinde mihi etiam præ alio creditore satisfieri debeat.

(ann)

Saxonia (nnn), Vratislaviæ, Amstelodami, Lugdunæ apud Gallos, & in Gallia ipsa obrinere, atque in usu esse, argumento *ibi pro substrata materia vigentis juris communis & deficientis dispositionis in contrarium adstruimus.*

§. XXII. Dissentit *jus cambiale Marchicum*, se-  
eundum quod creditor chirographarius cambialis  
(ooo), *privilegio personali* donatus, simplices chiro-  
grapharios non cambiales immediate præcedit, & in  
*quarta classe ultimum locum occupat* (ppp).

§. XXIII. Dissentit etiam *jus cambiale Branden-*  
F 3 *bur-*

*Diff. jus  
camb.  
March. chi-  
rogr. camb.  
non cambia-  
li præferens,  
Diff. etiam  
bur-*

(nnn) v. Dn. Prof. Ludovici in der Einleit. zum Wechsel-  
Proceß *cap. 16. §. 1. ubi.* In Sachsen ist es im übrigen meines  
ermessens ohne dem klar, daß die Wechsel-Gelder durchaus  
kein privilegium haben/denn in der Handels-Gerichts-Ordnung  
Tit. XXII. steht/ daß es wegen der Ordnung/ nach welcher ein  
Glaubiger vor dem andern zu befriedigen/ bey denen so wohl  
gemeinen als landüblichen Rechten verbleibe/ nemlich bey der  
Proceß-Ordnung und dem decisiv-Befehl de A. 1669. den 4ten  
September. Welches das so genandte Leipziger Markt-Re-  
script ist. Allein in diesen Rechten steht nichts von dem Vor-  
zugs-Recht des Wechsel-Geldes.

(ooo) *Sine discrimine, an literæ sint cambii proprii, an  
vero alieni, v. lit. seqv.*

(ppp) v. Ord. Camb. March. Brand. *art. 37. ibi:* Also *Textus Ord.*  
wollen und verordnen Wir hiermit &c. daß nach dieser unser  
Wechsel-Ordnung beyderley Wechsel-Brieffe (diejenige sub  
Hypotheca bonorum, und andere) wie bißhero nur ein privi-  
legium personale haben/ und immediate vor denen sonst chiro-  
grapharischen Schulden angesetzt werden sollen. *add. supra lit. uu.*

(qqq)

*Conf. Dn.  
Prof.  
Ludovici  
quoad Saxo-  
niam.*

*ius camb.* *burgico-Prussicum* (qqq), & *Gedanense* (rrr), quibus  
*Pruss. &* in concursu, super bonis debitoris literarum cambii  
*Gedan.,* alieni moto, post creditores privilegiatos & hypothe-  
*cred. lit.* carios potiorum eorum causam esse placet, qui pecu-  
*camb. alie-* niam in literas cambii alieni creditam repetunt. Unde  
*ni ad quar-* *istis juribus* creditorum *literarum cambii alieni* ratio ha-  
*tum ordi-* beri videtur in quarto ordine, inter eos, qui *mere per-*  
*nem refe-* sonale privilegium habent, & deposita, in bonis debito-  
*rens.* rarum cambii *propri* omni privilegio destituuntur, nec  
*iisdem juribus* a creditoribus simplicibus sive chiro-  
graphariis & quinto ac ultimo ordine censentur se-  
parati.

§. XXIV.

*Textus Ord.* (qqq) v. Preussische Wechs.-Ordn. de A. 1684. tit. 33.  
*camb. Pruss.,* apud D. Koenigk in *adp. ad Ord. camb. Lipsiens.* pag. 95. Wenn  
ein Zieher/ acceptant oder endossant fallirt/ so sollen die Wech-  
sel-Brieffe zwar für andern Waaren/ Schulden und Obligati-  
onen/ die präferens haben/ keines weges aber vor speciale und  
zu Buche gebrachte Hypothequen, item, für privilegirter und un-  
mündiger Kinder Gelder.

*Textus Ord.* (rrr) v. Ord. camb. Gedanensis de A. 1701. art. 33. apud  
*camb. Ge-* D. Königk in *adp. ad Ord. Camb. Lipsiens.* p. 225. Bey ereigneten  
*danensis.* Fallimenten und daraus entstandenen Concursibus sollen  
die Wechsel-Brieffe zwar für andere Waaren/ Schulden und  
Obligaciones die Präferens haben/ keines weges aber vor ge-  
richtliche und speciale Hypothesen/ ingleichen für privilegirter  
und unmündiger Kinder-Gelder.

(sss)

§. XXIV. Subditi autem Ducatus Magdebur-Subditi  
gicijure Prussico in Regno Prusfiæ, Marchico Magdeb.  
in Marchionatu Brandenburgico, & Geda-jure Pruss.  
nenſi Gedani non fruuntur, ſed tam intra quam extra March. &  
Ducatum Magdeburgicum ob nomen, ex literis cam-Ged. non  
bii debitum, ſine discrimine additæ vel non additæ fruuntur.  
clauſulæ hypothecariæ in concurſu ad creditores  
ſimplices ſive chirographarios pertinent (ſſſ).

(ſſſ) v. quæ diximus in §. XVII. & ad eum adnotavimus  
lit. lbb. & ccc.

F I N I S.

Q Vum Tibi nunc miſis placeat valedice-  
re noſtris,  
Ac reddas, de non vulgari themate  
juris  
Disceptans, ſtudioſe temporis haftenus acti  
Dulci, quo vadis, juſtam patriæ rationem :  
Non eſſem profecto dignus amore Tuorum,  
Lætitia vera niſi delectarer honoris,  
Illis fert hodie quem mox vis arte politi  
Ingenii, mox judicii, Tua mox bona fama.

Læ-

Lætatur mecum studiis Tibi junctus amicus.  
 Audiet ex cathedra qui Te, tribuet Tibi laudes.  
 Sic promittebat Pater eximium sibi Natum.  
 Quodque revertaristalis, mea gaudia testor.  
 De quo sicut ego Tibi gratulor atque Parenti:  
 Sic precor, vt, virtute noua mactus, mediteris  
 Ima, Themisque Tibi persolvat præmia grata  
 In Patris auxilium, Matris simulatque levamen.

Erga clarissimos Dnn. Parentes & nobilissi-  
 mum Dn. Respondentem obseruantia  
 atque amicitia testanda causa, hæc ad-  
 ponere debuit, voluit

Præses.






Halle, Diss. 1714 (A/L)

ULB Halle


003 869 970



3

Sb.





DISSERTATIO JURIDICA,  
DE

1714 253 4  
**JURE CREDITO-  
RIS LITERARUM CAMBII  
CUM VEL SINE CLAUSULA  
HYPOTHECÆ IN CONCURSU,**

QUAM

DEO T. O. M. ADNUENTE,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO REGIÆ DOMUS PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. FRIDERICO WILHELMO,**

PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE  
BRANDENB. &c. &c.

IN ILLUSTRIS ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRAESIDE

**D. GEBHARDO CHRISTIANO  
BASTINELLER,**

*D. XXVI. April. M DCC XIV. H.L. Q.C.*

publico Eruditorum examini subjiçit

**JOHANNES WILHELMUS REHFELDT,**  
BEROLINENSIS.

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,*

*Literis Georgii Jacobi Lehmanni, Acad. Typogr.*